# INAUDITUM, AUDITUM ID EST ELOGIUM SUMMATIM CONTINENS VITAM S. CAIETANI THIENAEI...

Teodosio Guazzoni

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
35 D
4

A III c 80

# INAVDITVM, AVDITVM
IDEST
# ELOGIVM
SVMMATIM CONTINENS VITAM
## S. CAIETANI THIENÆI VICENTINI
*CLERICORVM REGVLARIVM FVNDATORIS.*

Præcipuè ex Schematibus, Paronyma, & Paronomaſia compoſitum, & editum à P. D.

THEODOSIO GVAZZONO CREMONENSE,

Clerico Regul. Teatino in S. Metropolitana Rauennæ Pænitentiario:

*Illuſtriſſimo, Domino, Domino*

## BONIFACIO GRANARÆ
OLIM ÆRARII TOTIVS ÆMILIÆ PRÆFECTO

*DICATVM.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RAVENNÆ, MDCLXXII.

Ex Typographia Impreſſorum Cameralium, & Archiepiſcopalium. *Superiorum Facultate.*

# ILLVSTRISSIME
## DOMINE.

Bonum Nomen, bonum Omen:
Magni, ad laudem Numinis,
Gloriam tibi feciſti Nominis
In Factis, non Fictis
Tu, BONIFACIVS
Melius eſt nomen BONVM, quam Diuitię;
Nam Diuitię, De vitio;
Tuę Diuitię, tua Deuotio.
Tantum exiſtimas Aurum, quantum Auram
Ideò, ad ſonum non ſanum, Auri
Nunquam aperis Aurem:
Ex Genere Generoſo
Deligibilia diligis, diligibilia deligis,
Semper Virtutem
Reddentem Virum tutum.
Oſtendit tua BONA FACIES
Quod ſemper BONA FECISTI

BONA FACIS, BONA FACIES.
Omnium ſapientum, per ſententiam Vnanimem
BONAM ſortitus es Animam:
Nam ſua BONA largè
Tibi eſt Natura largita,
Aures Aperi,
Tu ſectator BONORVM Operum;
Nonnè, eſurientes paſcis, Nudos Operis!
Scio tuum Votum
Veram tu vis Vitam:
Diuertis enim à malo, dum BONVM FACIS
Tu, BONIFACIVS.
Verè, ex Deo es:
Queris, quare?
Quia BENE FACIS
Et, quia ſemper BENE' FACIS
Dum ſemper BONIFACIVS,
Ideò, illud imples Apoſtoli
Scriptum in illa, ad Galatas Epiſtola
BONVM FACIENTEs, non deficiamus,
BENE', & admodum ſemper BENE'
FACIS, Afficis, Efficis, Conficis
Perficis, Proficis;
Nunquam inficis, nunquam Officis:
Nunquam Deficis.
Excellis, Præcellis
Antecellis
Clarus in BONITATE, Præclarus,
Celſus, Excelſus

Cum

Cum omni Luce, etiam in Lucis,
Ideſt, omnibus in Locis,
Detur mihi à Salomone Venia,
In Vrbe, non in Vinea
Ego, nunc inuenio
Et inuenio facilè, quod ille putat difficile,
Nempè
Veſtigium cordis BONI, & BONAM FACIEM;
En, BONIFACIVS.
Si ergo ſemper, tu BENE' FACIS
Iſta, erit acclamatio Iuſta;
BONIFACIVS, omnia BENE' FECIT.
Quibus de tua Conſtantia non conſtat!
De tuo Nitore, de tua Natura!
Ob innocentiam, tu Ebur
Ob miſericordiam, tu Vber;
Totus carus, quia totus Charitas;
Non habes Os
Niſi Miſellis, ad promittendum Aes
Dumque promittis, ratiocinationes non Præmittis:
Non moues Manus
Niſi ad elargiendum, pro Dei amore Munus.
Tu Bonus Actor, tu Bonus Hector
Acutus Achates:
BENEFECISTI Bonis, & rectis Corde
Hoc tuę Bonitatis Cardo:
Fama Edicit
Quod multos, clam, tua Miſericordia Educat
Et de Miſeria Educit.

Hoc

Hoc vnum ſcio, me iſtud ſcire:
Omnes Probas,
Omnibus Probis, auxilia Præbes.
Præter ingenuum Nomen
Tuum etiam Nominatum Cognomen
Et tuę Familiæ, Auita inſignia
Sunt, tuæ Munificentiæ in ſignum,
In Signum, Inſigne:
Non gratis NOTVM
Quod dènotat Vbertatem, CRANATVM:
Vndè, Exploratores à Moyſe Miſſi
Ad luſtrandam Terram Promiſſam,
Sic de Cananea, reuerſi Canunt
In tertiodecimo, libri Numeri;
Ibi abundant Nemora;
Magnas vidimus Terras,
Altas ſuſpicimus Turres;
Ceſſate à Luctu
Illa, reuera, terra, fluit continuo Lacte;
Lacte, & quoque Melle
Propter paſcua Mille:
Terra Promiſſa, erit vobis Pro Meſſe;
Vua, quam portamus in Vecte
Non eſt argumentum de Victu!
Rerum copiam, quam cupitis
Ex iſtis GRANATIS non capitis!
GRANATIS, quid Carius!
Etiam ab Optatis, optata in Curijs:
Deus quoque Ipſe

Cuius

Cuius eſt ſcabellum, Cœli Apſis
Deorſum in Vaſta
Suorum Sacerdotum Veſte
Voluit, admodum lepidè,
GRANATA, ex Hyacinto Lapide.
Cur tanta Dilatio?
Omnes, in GRANATIS, Delitiæ
Ideò ſacra Sponſa, promittit Sponſo, Muſtum
GRANATORVM, non Miſtum:
Et Ioel, non differit, ſed ſic aſſerit:
Quia confuſum eſt Gaudium, ab hominum Filijs
Arida GRANATA ſunt, cum ſuis Folijs.
Hoc Sat
Quaſi idem, GRANATVM, & Gaudium ſit.
Sponſæ, in Canticorum Cantico, cui comparatur Forma
Tota pulchra, & Firma
Niſi GRANATO Malo
Cuius ſimilitudinem exprimit, illius Mala!
Pariter, Sponſa ait, ad ſuum expenſum, Sponſum
Oportet vt mecum Venias,
Manè, ſurgamus ad Vineas
Videamus an ſint Nati
Flores malo GRANATI.
Aſt, mi Domine, ſic Eſt
Quia in te, Virtutum omnium Immiſſiones
Paradiſus, tuæ Emiſſiones,
Paradiſus GRANATORVM:
Hoc, omni Ex parte
Mea Religio eſt Experta.

Quænam

Quænam BENEFICIA
Quænam BONA OFFICIA
Non accepit, non accipit à BONIFACIO!
Quia cum Tullio, arbitror Maleſacta
Malè collocata BENEFACTA;
Ideò per has Voces
Reddo Beneficiorum Vices.
Illuſtriſſime, Salue
Quód debeo, tibi Soluo
Licet ſine Dubio
Quod ſoluem, adhuc Debeo,
Auri non Do Minas,
Tamen, non Do Minus
Dum precum meatum, Do Munus
Et, meæ ſeruitutis, Do Manus
Tu meus Dominus,
Pro omnibus meis Ego
Gratias tibi Ago
Ago, non refero,
Sed tantum, acceptum refero:
Ago, non refero
Quia tua Fortuna, vt ſcitur & in Vicis
Non optat remunerandi Vices,
Nec noſtra (vt Gratitudo Re ſtatuit)
Suggerit, quod Reſtituat.
Hoc vnum Remanet:
Quiſque noſtrum ſemper, tua Beneficia Ruminat,
Sicque dum Viuit
Seipſum tibi, ex toto corde Vouet.

Contingat

Contingat tibi, quod dixit Vetus Vates
Plures in hoc Mundo, det tibi Deus Vitas
Quas propagabis, vltra Phænicem Auem
BONVM enim Nomen, permanet in Aeuum.
O' noſtra Spes
Semper, eſto Soſpes.
Theatini Omnes
Tales canunt Hymnos.
Præcipuè pro te Rogo
In veri Amoris Rogo
Vt Dius, viuas Deo
Et Deo, viuas Diù
Diù, & Perdiù
Ego, Tuus Seruus deuinctus
D. Theodoſius Guazzonus Cler. Reg. Theat.
Rauennæ die 10. Octobris 1672.

# LECTORI
## Humano, & Amæno
## VIRO VERO
# SALVTEM
## SOLATAM, ET SOLVTAM
## Latam, & Lætam.

Eris Lector, non verò Lictor:
Nam vt noto, ex tuo nutu
Virtutibus omnibus Nites, vtpotè Natus
Non inter Scythas, ſed inter Scitos.
Quia, tu, tam Scitus
Ideò ſemper, in meo corde Situs.
Ergo, damnatæ meæ Literæ
A' meo amico à Latere!
Non:
Quod enim Amor exarat, Amicus non exurit.
Nihil edidi Grande
Ego, nimis Grandæuus:

1207751

Si ni-

Si nihil à me Grande
A' te, cur in me Grando!
Lege, ſine Lege
Hic, non alia lex, quam tua Lux.
Sine lucernæ, & ſine lumine Mithræ
Scripſi ſine Metro:
Igitur
Excuſa, non accuſa:
Si es Argus, me àrgue
Sed, vel valido argumento, vel arguta mente:
Alioquin, ſit Lectura, ſine Litura
Quę, nequibit Latère,
Si habes atram mentem, ſine atramentum,
Dum has curtas, exaraui chartas
Non præceſſit Graphis
Quia, non debebat, ſubſequi Griphus,
Nec lectiſſimè, nec ſcripſi lectè,
Tamen tibi dico
Dum totum me tibi dico,
Quod ſemper verba Abſoluta
Nunquam verò poſui, Obſoleta:
Omnia verba mea, verba Medìa,
Et plus media, quam ipſa Regio, Media:
Dum enim ſcribo, Scitor
An tale verbum, Scitur.
Inſuper,
Nulla nimia Metonimia
Nec Metaphora, nec Diaphora
Nec Ploce, nec Sìmploce

† † 2 Nec

Nec Zeugma, nec Protozeugma:
Sed dicta, ita Satis, quantum placet Scitis;
Forſan, ibi ſolum Prolapſus
Vbi neceſſaria Prolepſis,
Dices:
Si non nimia Metonymia
Cur nimia Synonimia?
Reſpondeo:
Dum hoc dicis, tu non doces
Omnia neganda eſſe Synonima
Vt negantur ab illo, quem ſino, ſine nomine:
Nec Spiritus, & Anima
Nec Dij, & Numina
Nèc murus, & Paries
Synonima eſſe reperies:
Nam Paries Domornm
Murus Vrbium, de more.
Annuo dicto, tu quoque Lector annue;
Vnum verbum, alio, aliquid amplius innuit.
Abundant Gnomæ
Oſtendentes Virtutem, vt horas Gnomon;
Optimus ab illis greſſus, melior progreſſus.
Dum ſcripſi, nihil mihi aſcripſi
Licet ratus, quod nil furatus
Illius memor dicti, vel potius maledicti,
Latrones ad Latrinas.
Igitur
Tuum ſinum Aperi
Et operam hanc Operi

Vt

Vt tota, maneat tuta:
Tunc Eris, mihi Iris.
Quia modò, viuo, ſine diluuij Metu
Tuos fauores Meto:
Hoc eſt
Huius laboris Fructum, colligo non fractum.
Ideò, ego gratus
Debitas rependo grates
Dum omnia tibi opto, quę tibi valdè apta,
Iuxta meum Votum
Dent tibi aſtra Vitam
Felicem, & Sanam
Iuxta meę vocis Sonum.
Sub Cæleſtibus Sùculis
Tribus viuæ Sæculis:
Eſto
Nouus, & nauus
Noſter Neſtor.



# AVCTORI, ELOGIVM

## P. D. THEODOSIVS GVAZZONVS

Sanctæ Sophiæ Flamen
Sacræ Eloquentiæ Flumen
Quem Voco
Dum illius operibus Vaco
Eloquentiæ Patrem
Eloquentiæ Petram
In ſtyli Puritate, ſine Paritate
Ab eo omnes Delitiæ, quæ De Latio.
Eius Volumina, Sententiarum Velamina
In illo planè, omnia Plenè:
Vt Monui
Nihil illi poteſt adijci, nihil Minui.
Eius Ratio, Gentium Retia.
Vera dicendi ars, in eo ſita, & ſata
Nullus deſideratur Color
Nullus Calor.
Guazzoni prælium, prælum
Totus Nauus, Totus Nouus.
Hiſce Muneribus Minoribus
Et dico illi Aue
Et Sancta illi Aueo

*Ego Antonius Maria Laud. Comes, & Eques.*

Alle

ALLE GLORIE DEL PATRIARCA

# S. GAETANO TIENI,

Deſcritte dal P. D.

# TEODOSIO GVAZZONI

TEATINO.

*ODA*

DEGL' Allori celeſti
Coronatemi voi Spirti immortali,
Ciaſcun di voi m'appreſti
Forza al cor, Zelo al ſeno, al deſio l'ali,
Muſe voi non Imploro
A' tant' vopo è caduco il Voſtro alloro.

Regga la penna, i carmi
Fauſto il TIENI, à i di cui viui accenti,
Vinte d' Atropo l'Armi,
Hebber pace vital ſalme languenti,
Vità riceua il pletro
Da chi in cuna cangiar ſeppe il feretro.

Ei

Ei Celeſte nel Mondo
Viſſe lieta Pirauſta in nobil foco,
Di meriti fecondo
Sortì ne' regni eterni albergo, e loco,
Amò ſempre; al ſuo amore
Fù argomento d' amor l' ardor del CORE.

Berſaglio deſtinato
Di Luterana turba a' rei furori,
D' orgoglio empio, e mal nato
D' onte, di ferità calcò i rigori.
Di mille palme erede
Bramò nel ſuo morir viua la FEDE.

Giurò gloria i martiri,
E l' altrui crudeltà chiamò pietoſa,
Dell' ire à ſuoi deſiri
Fù l' Infedel pietà più tormentoſa.
Trà LEGNI, e lacci auuinto
Calpeſtò i Vincitori, e vinſe vinto.

Predicator del Vero
All' erudita man vide cedente
Il gran moſtro Lutero
Benche di ſette capi, orbo di mente,
Di penna al ver congiunta
Rintuzzò mille penne vna ſol punta.

Della

Della ſua lingua al moto
Vbidir gl' Elementi in vno vniti
Innoridita Cloto
De' fiumi Accarontei tremaro i liti
Sconuolgimento eterno
A' proprij danni preſagì l' Inferno.

Già da ſcoglio innaceſſo
Calma ſperando oue il naufragio abbonda
Fù, chi gettò ſe ſteſſo
Dalle furie agitato in grembo all' onda.
Mà non si vidde abſorto.
Fù GAETANO e cinoſura, e porto.

Mà il paluſtre mio ingegno
A' tant' incarco, à si grand' opra io ſerbo?
Non corredato Legno
Poco in vaſto Occean corre ſuperbo.
Hanno ſempre in coſtume
Prouar naufragi infauſti Icaree piume.

Tù, che con AVREO ſtile
Alte memorie in ſacre carte accogli
GVAZZONI; al Batro, al Tile
Farai noto il TIENI entro à tuoi fogli,
D' alma di colpe ſciua
Penna d' OR, man di FOCO i doni auuiua.

Tù

Tù à prò dell' alme inteſo
Spargi ſudori in additar prodigi
Di belle Vampe acceſo
Inuiti à rintracciar Santi veſtigi,
Mercando eterna laude
Moſtri, ch' ad Huom di Cielo, il Cielo applaude.

Co' tuoi dotti concetti
Inalzi l'alme ad ingemmar le Sfere.
A' tuoi ſalubri detti
Aman pace di Ciel, voglie ſincere,
Dona la penna, il Roſtro
Gloria alla fama, eternità all' inchioſtro.

Sol del tuo ingegno à i rai
Ben si douean GVAZZONI opre si belle,
Splendono Sempre mai
A' FIAMELLE di foco in Ciel le STELLE
Qui dò la Cetra al ſuolo
Per ammirar della tua penna il Volo.

*Gio. Battiſta Porti Nobil. Rau.*

DE mandato Reuerendiſſimi P. D. Caietani Garimberti Præpoſiti Generalis noſtræ Congregationis Clericorum Regularium nos infraſcripti accuratè perlegimus hoc opus inſcriptũ *Inauditum*, *Auditum*, à P. D. Teodoſio Guazzono C. R. compoſitum; cumque in eo contenta, ſint fidei Catholicæ, ac bonis moribus conſona, typis mandari poſſe cenſemus. Rauennæ die 26. Maij 1672.

*D. Franciſcus Prandus Præp. Sacræ Theolog. Profeſſor C. R.*

*D. Gaſpar Verinus C. R. Sacræ Theologiæ Profeſſor.*

---

## D. CAIETANVS GARIMBERTVS.

HOC opus, inſcriptum, INAVDITVM, AVDITVM, ideſt Elogium ſummatim continens vitam S. Caietani Thienæi, à P. D. Theodoſio Guazzono noſtræ Religionis Sacerdote profeſſo, & Theologo compoſitum, & à PP. quibus id commiſimus approbatum, iuxta eorum præfixam aſſertionem, vt typis mandetur, quoad nos ſpectat, facultatem facimus. Dat. Tuſculi die 4. Iunij 1672.

*Caietanus Garimbertus, Præp. Gen. Clericorum Reg.*

Loco ✠ Sigilli.

D. Antonius M. Riuanus C. R. Secr.

Facultas

# FACVLTAS ORDINARII.

ELogium hoc, vitam S. Caietani Tienæi Clericorum Regulariũ Fundatoris continens à R. P. Theodoſio Guazzono Congregationis Clericorum Regularium Sacerdote eruditiſſimè compoſitum, ego ſubſcriptus pro Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D.D. Paſutio S.R.E. Presbytero Cardinali Alterio, & Camerario, necnon huius Metropolitanę Eccleſię Rauennę Archiepiſcopo, & Principe; inofenſo pede percurri, nihilquę in eo ab Ortodoxa fide, probiſue moribus diſonum inueni, ſed vt typis mandetur digniſſimum cenſeo in quorum fidem. Dat. Rauennę 12. Kalendas Iulij, Anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

*Ego Ioannes Carolus Paſculus I.V.D. ac Eccleſiæ Rauennæ Canonicus Deputatus, &c.*

*Imprimatur*

HIERONYMVS DE FABRIS VIC. GEN.

*Imprimatur*

Vicarius Sancti Officij Rauennę.

SAN-

# SANCTVS CAIETANVS THIENÆVS VICENTINVS
## CLERICORVM REGVLARIVM
## *FVNDATOR*

Natus notus
Quia Comes, & Comis
Notus, vbicunque flat Notus:
Herous Herus, & Herouum Hæres
Etenim centenos, numerat Auos
Totidemque Proauos
Abauos, Atauos, Tritauos
Si, non Reges, Proreges,
Si, non Duces, Viceduces,
Tutores Principum,
Cardines, Vrbis, & Orbis
Non perperam, euectos ad Purpuram,
Iuris vtriuſque Doctores,
Sacrę Auditores Rotę,
Equites æquos,

A Per-

Perfectos Claſſium Præfectos,
Militum, Generales Ductores
Exercitos, in exercendo Exercitus
Quorum quiſque, fuit præpotens Miles
Ab vnoquoque expugnata, inexpugnabilis Moles:
Bellos, & Bellaces
Rapida Fulmina Belli
Semper armos, in armis
Vndè, vix canebatur bellicum
Quod ſtatim, relicta ſtatione
Impauidos, inter Hoſtes, & Haſtas
Exarmabant Armatos,
Certè, in certamine omni, victoriæ certos
Non inertes, ſed ſolertes
Non fallaces, ſed felices
Non fumoſos, ſed famoſos
Ab omnium ore, quacunque ſub Ora
Vt nunquam diffiſos, laudatos diffusè;
Centies Campidolium inuecti, quia centies inuicti;
Victores, per ſæcula Victuros:
Inter Optimates, Optimos
Supra Optimates, inter Optimos, & Optimates
Cominus, eminentes, & eminus,
Decantatos omẽs, per hiſtorias, per hymnos
Illuſtres, Fortes, Claros
Inſignes, Eximios, Strenuos
Inuictos, memorabiles, Magnos
Conſules, à conſulendo, dicendos
A toto enim Orbe conſulebantur,

Totique

Totique conſulebant Orbi:
In nullo, à tanto Genere degener
CAIETANVS,
Et ita,
Quod in eo vix nato
Omnes videntur renati:
In eo vix nato; Virtutes omnes innatę,
Implicatum explico
In eo vix genito, Virtutes omnes ingenitę:
Magna vi animi, natus
Natus laudi, natus glorię
Ad famę nutus, ad dignitates natus
Natus Oſtris, ſed plus Aſtris
Natus Patriæ, toti Mundo natus;
Vix naſcitur, quod noſcitur;
Infandus, etiam dum infans
Nam ex mirabilium copia
Hoc admirabile capio
Nunquam fuiſſe, in ipſa infantia, infantem.
Puſio, non Puſillus,
Semper Magnus in Puſillo:
Ex tunc, inter Magnos Maximus.
Maximè inter Magnates
Magnatum Magnes,
Adoleſcens, ſed non adoleſcus:
Mentis vehementis
Genij ingenui, & ingenij:
Quia adhuc in crepundijs, diuina fatus
Ideò dictus, cœleſtis prodigium Fati.

Nundum Vir, viriles exerit vires
Statimque bellax, indicit bellè
Contra bellaria bellum:
Arma accipit, & illicò incipit
Aduerſus aduerſa bellare
Bellare, & debellare
In ipſo infantiæ limine, plenus Lumine
Quam emittit, nunquam lucem amittit:
Quia nunquam, nihil Sancti omittit:
Immò in dies creſcit
Excreſcit in horas
Quapropter manet, vt ille ſcriptor monet
In omni menſe, ſine menſura
In omni manſione, ferè immenſus,
Fas Dei factum, pedibus eius Fax
Ideſt
Dei Lex, facta Lux:
Dum àdolet, Deo ſeipſum àdolet.
Ad feſtos dies, feſtiuè feſtinus
Et quia feſtiuus etiam cum infeſtis
Sine faſtu, deſcriptus reperitur in faſtis:
Quia ſine faſtu, manifeſtus in faſtis
Non Holophanta, nec Sycophanta, ſed Hyerophanta
Quotidiè ſacrificat, quotidieque litat:
Pro quibus?
Pro omnibus lito, lito pro me luto:
Dirimo dum lito, jurgia, prelia, lites.
Læte, tamque deuotè litat
Quod agit omnia litato

Ideò,

Ideò, à Sancto inſpiratus Spiritu
Vt ſapere cupitis, eligit diminutionem capitis
Vndè
Agnatos, totuſque ignitus, cognatos,
Ipſam Demum, deſerens Domum
Diù, viuit ſub dio
Tota diligentia diligens Deum:
Etenim nihil cupit ſapere
Niſi ſapere Superos
Sicque ſeipſum, & vniuerſa ſuperans
Sùpparem ſe reddit ipſis Superis.
Tandem
Palatia deſtruit, Clauſtra diſtruit
Inſtruit Heroes
Dilectum delectum
Congregat gregem egregem
Quem firmat, dum format.
Statim Statuta, Statuit Status
Imperium fundans imparium:
Statim celebrat Stata;
Tali pacto, non picto
Clerum reddens Clarum
(Vt ait ille Præco) præclarum,
Cui
Et præfuit, & profuit
Sine minis exercens munus
Non vt illi immanes, qui etiam contra immunes
Mouent manus ad minas,
Quorum imperia dicuntur Manliana

Ideſt dira, & dura:
At CAIETANVS, quia Munis, imperat ſine minis
Cum omnibus humanus, & amœnus.
Præpoſitus proponit, & iuxta iuſtum præponit
Solas dando ſoles.
Subditis nihil mali imminet, dum ipſe eminet
Rectè illos regens, dirigens, erigens
Fortitudine Vir, pulchritudine Ver.
Odit eueſtigiò, deliciarum veſtigia,
Mellem, guſtumque mollem
Elidens, eludens:
Exin, eximiè, eximit eximiâ,
Ineo: In eo
Nulla cupido, nulla cupiditas nulla cupedia,
Sola caritas, ſola Charitas
Ipſe amplum, virtutum omnium exemplum,
Quid in CAIETANI penario?
Penuria:
Quid in Aede?
Inedia.
Deum, Diuamque, Diuoſque
Amat, deamat
Pluſquam Adamas, firmus adamans:
Cœleſtia omnia adamat
Dum ſibi terreſtria àdimit,
Quando Deum precatur, ita eius præcordia ardent
Quod ſæpè ſæpius
Flat, & flet,
Flagrat, & fragrat:

Oculos

Oculos arctat, ad Arcturum.
Statim Deum cepit, ac Deum amare cœpit.
Quia ad Aeterni amorem animum appellit
Deum ſemper appellat:
Quocunque (ait) me vergo
Manet in me Deus, & Mater Virgo.
Hinc fit
Quod eſt citus, ad ſacros cœtus:
Sine incuria, ſacra in curia:
Dum pſallendum eſt Deo, primus in Odeo;
Carus illi Chorus
Non carus Corus
Et Chorus, & ipſe quoque Coruſcus;
Decorè ſtat in Choro,
Sanctè, in Sanctuario
Eius dicta; ſanè ſana
Extra Chorum, curas ſino:
In choro ſolum conor, vt dulcis ſit vocum canor.
Quid agit in Templo?
Contemplat.
Semper coram Deo, eius cor:
Erga Cælum eius Mens, immobilis vt Mons
In firma mente, tenens Firmamentum
Hoc, totius perfectionis Firmamen.
Quo plus colit, plus calet
Et quo plus calet, plus colit:
Qui circa hunc circum, circumit
CAIETANI deuotionem, circularem concludit.
Quacunque in Ora, toto corde, & ore

Integris

Integris orat horis
Orat, deorat, adorat
Hocque, contra Diaboli aſtum
Tanto feruore, & æſtu
Quod feruet eçſtaticus;
Tunc non ruptus, ſed extra te raptus
Cum rei nullius eges, quid agis?
In Raptu, erga Deum Repto
Illi Cella Æther, dum Amori Æterno
Hæret, adhæret, inhæret.
Non fictè factus
Amans, Amatus, Amor
Amans, non Amator
Amor eius firmus, quia non formæ infirmæ.
Dum Deum adorat, ſe adurit,
Etſi, ſe adurit, non adaret.
Preces preciæ, CAIETANI preces
Ideò, præcioſæ adeò
Quod, vt ab eius ſinu
Sunt certè, precio ſinè:
Nam magis in eò, deuotio ſemper manat
Quo magis in eo, Deus Ignis manet
Deus enim noſter, ignis conſumens eſt:
Ideò, totus eſt radians, ab oratione rediens.
Dum viuit, totum ſe Deo vouet:
Dum dicit, Domino ſe addicit
Seruatoris Seruus.
Ab hiſtoria abeſſem, ſi in immenſitatis Abyſſum
Non dicerem ſe totum, & totum tutum

Penitus

Penitus immergere, & nunquam emergere
Semper in Deo, licet ſub dio:
Nihil, eius feruorem deſtruit,
Quia nihil, eum à deuotione diſtrahit:
Nam mentem per omnem diem
Vt dixi, tenet in Dium:
Mentem, ſpirantem Mentham.
Paſſim, legit Chriſti Paſſionem
Dumque legit, luget
Vixque reſpirat
Etſi reſpirat, ſuſpirat
Tantumque ſuſpirat, quod quaſi ſpirat,
Suſpiria, ſuſpirijs omnium Sanctorum ſupparia,
Suſpirat, quia aſpirat:
Aſpirat, quia in tali Paſſione ſperat.
Dum Deum exaltat, ipſe exultat
Latus, & lætus
Ignito calore, renidente colore,
Huccinè:
Vna vice, vna voce
Aduerſitor clamat, & dum exclamat
IESVS Deus, Amor meus
Tu ſolus, mea ſalus:
Cur, tanta charitas, mi Cor!
Ità nè, mea Vita!
Tu es, mea ſpes:
Tantum me amaſti, quod me emiſti;
Scilicet ( dicere si licet )
Tantum me redamaſti, quod me redemiſti:

Amas, & adamas, non redamas:
Tu æternus Amor: ò Amor, Amor.
Fulcite me floribus, ſtipate me malis
Quia Amore langueo:
O' Amor, qnantum à te amor!
Adeò, erga Deum adeò
Quod à Deo
Sile, tu qui ſub Sole.
En, qui Sum, peropportunè adſum.
Dico; illi IESVS apparuit
Et quod lancea aperuit
Latus ſanguinolentum, lætus
Affert, & offert.
Tunc CAIETANVS
Audito inuitantis ſonu
Ruit in Chriſti ſinu
Quem
Amplectitur, complectitur
Vincit, deuincit:
Sugit à vulnere humorem, exugit Amorem,
Cruorem
Melius dealbantem, quam lac.
Ad Chriſti latus, Amor dat éiulatus:
Ad Chriſti plagam, ad veram Cæli plagam:
Ad Chriſti plagam, incidit in plagas Amoris.
Chriſti latus, eſt illi litus
Illum admittit Chriſtus, ad ſacrum pectus
In ſignum, quod eum toto pectore amat;
Indicium, quod æternant inducias.

Sanguinem

Sanguinem Sugiens
Cum Deo ferit fidus, æternum fœdus:
Tantum de cruore libat, quantum libet:
Ad Chriſti cor, factus excors, cordatus:
Ad Chriſti latus, amicus declaratur à latere:
Ideſt
Inter caros, cariſſimus
Et inter cariſſimos, carior
IESVS, vt optat, in filium eum adoptat,
Non aliud iſta adoptio
Quam gratiæ magnæ adeptio.
Dum illum ſinit, in dulciſſimo ſinu
Oſculatur, deoſculatur,
Dulciora melle, imprimit ſauia mille,
Et nihil mærens, ſed mirans
Exclamat:
Ego lutum, non lotum
Ad iſtud Latus!
Potui eſſe plus elatus!
Illicò, Chriſtus illi:
O' CAIETANE
Planè, egiſti omnia plenè,
Sic es ſuauis, quod es, meum ſuauium
Meum cor, mea voluptas.
Iterum CAIETANVS iterat.
O' Cicatricem, cæcatricem
Cæcaſti me, ne Mundi cæcitates
Sed vt viderem ſolum, æternum Solem:
Nihil video niſi te, nihil volo niſi te,

Nihil amo, niſi te
Tui cauſa viuo
Ideò, tibi vixi, tibi viuo, ſemperque viuam tibi:
Ex te, meæ felicitatis partus
Tu, mihi ſalutis portus
Tu: meæ gloriæ porta.
Tu mihi, omnia auxilia portas
Tu non vulnus ſed os, èliquans ipſum æs:
Sano, tuo ſonu?
Es os, meos amores hos
Formans, & firmans:
In iſto tuo ſinu, omnia mea inſinuo.
In te ( meus nidus ) ingrediar totus nudus:
O' Sidus, ò Sol
Sum elinguis, quia elanguens.
Omni relicto ente, ita in firma mente
Immenſum tenet, ita retinet
Quod per Menſes, perfectè Menſos
Vel Menſę non adeſt, vel penè eſt,
Hoc eſt, èdit (vt quidam, in lucem edit)
Vt dicitur de illo Pœno, magna illi pœna
Panis, & penus:
Oſus illi, eſus
Eius eſus, IESVS,
Hanc vocem eandem, cum ad cibum eundum
(Lector conſidera) reſonat vſque ad ſidera
In Cænaculo Cœnobij ego!
Ego cinis, & cænum, ad cænam!
Me reficit



Qui

Qui me fecit, & refecit:
Ibi, ibo
Sed non ero victus, à victu:
Non edam, edulium Ædilium;
Meus cibus erit, cibarius panis
Potus meus, vinum cibarium;
Quæris, quare?
Non reſplendeo, ſed reſpondeo
Quia ſum cibarius homo.
Ad victum, potius aduectus.
Parcus, ſibi non parcit
Etſi viuit cum Parcis,
Vis ſcire quam parcus?
Parce
Dicam vt eſt par, non datur par;
Ob id, Pario ſculpendus in lapide;
Quid indè?
En;
Illum talis cibus, reddit celibem
Potus non purus, totum purum:
Se mundat, dum non mandit;
Quia nulla Venus, in venis
Quia, ferè nihil vini, in vena
Quia nihil in eo vani, audit à Sponſo, Veni
Veni ad me Virgo, virque viriatus:
Etiam ob potam aquam, animam habet æquam,
Habitu corporis impolitus, animi impollutus,
Caſtę, ejus Coſtę
In corde, innocentię cardo

Nihil

Nihil in eo incorreptum, totum in eo incorruptum
Affectus, nullus, infectus:
Timoratus, intemeratus:
Appellatus, Non elatus, ſed alatus
Angelus, Euangelus, Diangelus, Autangelus
In puritate (quaſi, quaſi) ſine paritate.
Ab eius voluntate, fugata omni voluptate
Flagellante flagello
Ferro feriente
Fert, & ſuffert
Illi caro, nihil cara:
In aduerſis, ſacros canit verſus:
Per ædes, canit odas:
Dum dolet, animam magis dolat
Dum dolet, pœnas aliorum delet:
In domo, multis modis me domo:
Affectus effrænes frænat
Quos domat, dum omnia ſibi demit:
Sic, ſenſim, ad rationis parentiam reducit ſenſum.
Onera geſtat, & geſtit
Omne onus, illi honos:
Cædens ſe virgis, perſeuerat Virgo:
Quotidiè ſupplex, ſupplicat ſupplicia ſibi
Clamans, Pati, Pati, Domine
Nec aliud petit, vt in hiſtoria patet:
Ergo dum patitur, deſiderata potitur,
Potiſſimæ patientiæ, æuum patiens:
Sicque ſeipſum emit, dum ſeipſum non amat:
Tam dulce eius cor, quod nunquam in eo, acor.

Genialis

Genialis lectus illi, maturè electus
Humida vel humus
Vel vt fert murmur, rigidum marmor,
Vndè, nec ſomnum, nec ſomnium
Sed meditans lecta, lectè electa:
Non ſine Dæmonum lucta
Luctum, reperit in lecto:
Lector: à lecto, non allector.
Dum iacet, Sacra iacula iacit
Seque totum Deo, integra Nocte Nectit;
Inſomnis, inſonans ore inſons
Decreta in ſontes plicat, iuſticiamque placat:
Illi dum terra cubile, humiliter cubitat
Sæpius innixus cubito:
Nam Humilitas, ab Humo
Ab Humo, pariterque Homo:
(CAIETANI axio nata)
Vita hominis Bellum, homo Bulla
Decreta æterna, nos eſſe de creta:
Quia tantam veritatem intelligit
Humilitatem elegit:
Lætè, ſe vocat lutum.
Hem.
Demiſsè loquitur, demiſsè audit
Demiſsè videt, demiſſè vadit
Demiſsè ſtat, demiſsè iubet
Demiſsè paret, etiam demiſsè ſedet.
Quomodo? dicam modo
Sedet, vile electo ſemper ſedile

Immò

Immò, etiam in loco imo:
Hoc eſt; dum ſedet, ſidit, ſubſidit:
Sedatus, ſedet
Sedet, ſedulus
Nam, dum ſedet, ſedat
Quid?
Controuerſias ſedat, motus animi ſedat
Sedat tumultus:
Etſi deſidit, deſudat:
Nec ſolum ſedat dum ſedet, ſed etiam ſe dat.
In humilitatis valle, ſeipſum vallat:
Quia ſe demittit, injurias dimittit
Non malum in malos, ſed canit piè melos:
Cum omnibus humilis, etiam cum æmulis:
Illuſus manet illæſus,
Manſuetus, vtpotè, opprobrijs ſuetus:
Illi, nil contumelia melius.
Vltima miniſteria, exercet in Monaſterio
Etſi ſupremus, ſe ſupprimit:
Dum non præcedit, ſuperbiam præcidit:
Poſtremum, illum obſtupeſcent Poſteri
Primus, & Primas.
Facta præclara factitat
Et illicò illa velox, humili velo velat:
Celer cæleſtia celat,
Supprimit ſuprema:
Hoc eſt
Opera ſtatim operit
Plus contentus, quo plus contemptus:

Virum

Verum, omni viro
Plus ſe oculat, quo plus ſe occulit;
Plus nobilis, quia in nebulis;
Minus ignotus, quo plus ignitus;
In imis, pluſquam ſublimis:
Se infimat, vſque ad fimum,
Infimo, non remanente, in fimo:
Vt currit vox, illi
Fimum, mutatum in famam,
Etenim, quod ille operit, garrula fama aperit.
Cum omni luce, etiam in omni lucu,
Præcellis, ò CAIETANE, in cellis
Dum humiliter ſedes, & tu, & ſedes
Sidus,
Magis bellum, potes ne habere ſcabellum!
O' Virum Verum
Æterna gloria dignum, quia te dicis indignum!
Quia dicis: Non me iflato, quia de luto.
Mundana cuncta dimittit, dum ſe demittit
Seipſum amittit, dum ſe demittit.
Euge: CAIETANVM in Auge;
Semper enim aſcendit,
Ad Abſidem, dum ſemper deſcendit:
Abſis enim, vti pars ima
Opponitur Augi;
Auget ſe ergo ad Augem
Quia, vt Aſtrologus monet,
Abſis principium manet
Exaltationis: exultationis;

Ecce

INAVDITVM, AVDITVM.

Illi etiam ſalus
Quia odit ſolus
Non Solem
Sed Salum, & Solum.
Vis videre omnem in gentem
Hominem ingentem?
Ingentem, quia egentem?
In hyeme, & vere (ſemper) CAIETANVM intuere.
Vnicus in toto Ope, opum omnium inops.
Et foris, & in domo, omnia mihi demo:
Ab aure abdicat auram, à corde aurum:
Nominatiſſimi nominis; propter amorem Numinis.
Numiſmatis oſor;
Oſorque intantum
Quod diutius, diuitias
Et vitat, & vetat.
Diutius!
Non diutius;
Sed ætatem, ſed æternò.
Magna hæreditas, magna ariditas.
Nihil tenax
Nihil tenet, nihil retinet:
Nec Numa, nec Numitor
Si vterque Nomen, à Nůmo:
Eius paupertas tam pura
Quod pergit ſine pera.
Quia ſemper eget, ſemper agit

Non

Non vrgente argento.
Si rebus omnibus caret, nihil curat:
Nihil petit, quia nihil appetit:
Nihil petit, omnia quia nihilum putat:
Nihil petit, Cælum quia illi patet:
Aſtra petit, dum nihil petit:
Omnia poſſidet, dum nihil poſſidet.
Fama fante, eum
Nunquam vidiſſe Famelicum
Nec tempore Famis:
Cum nihil optat, animum ad omnia aptat,
Et ſic, de craſtina non cogitans die
Viuit, non dieticus, nec diarius,
Nec dierectus.
Apòriæ cor aperio
Dicamque cum Apoſtolo in illa Epiſtola
Aporiamur, ſed non deſtituimur.
Non, Non
Eum non excruciat
Nec fames, nec fama
Nec fomes, nec fumus.
Ob tam miſaram caritatem
Summam obtinet claritatem.
Ideò Diuus, quia non Diues:
In Cælo, Diuus, & Diues.
Inter Indigetes
Eum indigitat Indigentia ſic
O' CAIETANE indigens
Tu, ſuper Æthæra notus

Notus, aureis notis
Immò, aurea, peculiari aureola:
Cur peculiari?
Quia, etiam ſine peculio.
Dum nihil amat, nihil emit
Dum nihil metuit, nihil mutuat:
Quia nihil vani adamat, omnia ſibi adimit
Sicque ſeipſum edomat:
Non fenerat, ſed funerat
Vndè non cogitat
De loculo auaro, ſed de funebri amaro:
Infero, quod celebrat inferias, de quibus nos inferius,
Audi, & tantum aude:
Nihil poſſidens Mundanæ rei
Tutus eſt, à titulo Rei.
Fidus odit fœda,
Seruat promiſſum fœdus
Sequæ Deo, & ſua
Fide conſtanti fidit.
Egenus, ridente gena, flexo genu,
Opem opum
A' Prouidentia expectat æterna
Quæ præuidet, & prouidet
Halat, & alit
Tegit, & protegit
Fauet, & fouet:
Et quia, ſic confiſus
Nunquam confuſus:
Ideo

Totus tutus:
Nam, dum ſe ita fidit
Argentum, aurumque fodit:
Etenim, dum ita ſe fidit
Totus in eum, ſe Paradiſus fudit.
Aliam rationem vis ſcire?
Seriò illam dicam non ſerò,
Habet Aram, pro arra:
Paratę cæleſtes Charites, illius caritati:
In ſumma egeſtate, à Summo
Neceſſaria poſcit, ſeque, ſuoſque paſcit.
Qui habet, hebet
Et qui mendicat, manducat:
CAIETANVS, nec habet, nec hebet
Nec mendicus eſt, & tamen eſt.
Quis nouit, tam noua!
Hac nouitate, quid nouius!
O' nouitas, nouies noua,
O' nouitas, verè nouitiã,
O' nouitas, vocanda nouiſſima.
E' geſtis, colligitur hæc egeſtas
Non intra famam, ſed vltra
Plus vltra non datur hic,
Vltrà, citroque,
Electa, vltrò.
CAIETANI vox
Si nihil mihi datur, abundè ditor,
Nam, de aure Dei, aurum ſemper dehaurio.
Ratione igitur, tante nouitatis

Sub cælo, licet ſe celat
Apparet CAIETANVS, homo nouus;
De pecunijs, nihil nauus.
O' INAVDITVM, AVDITVM!
O' AVDITVM, INAVDITVM!
Horret areas, & horreum!
Ad alias tranſeo nouitates
Quę perrarò, in alias noui ętates.
Non ſolum Paupertatem nouat
Sed etiam Mundum renouat.
In Mundo viuit
Et Deo, pro Mundo, ſuas vires vouet:
Cum agitur de malo, nihil malo:
Sicut viuit in Mundo
Sine mendo, & ſine menda
Eius Munditia, ſine mendacio
Ita, Mundat, totus Mundus
Mundum immundum:
Etiam vox Chriſti ad eum
Mundo, nihil aliud Manda
Niſi, vt ſit Mundus:
Tunc verè Mundus, cum mundus:
Haud mundanus in Mundo
Mundum tollit Mundo.
Videbis, ſi mecum veneris
Dèmere e ſcrinio Veneris
(Quam Mundus, tantum venerat
Dico, veneratur
Ideſt colit, natam cum lana & colu)

Muliebrem

Muliebrem Mundum.
Hoc eſt
Pius, Mundi piamina piat.
Vt dicam inferius, infero
Quod etſi illi renuit, Orbem renouat
A quo fallaciter omnia, fælicitèr nihil.
O' tempora, ſine temperie
O' tempora, intemperata.
Modo, viuitur ſine modo
Nulla lex, nulla lux
Ferè omnis, exlex.
Ita dilectum, delictum
Et cum tanta delectatione, delectum,
Quod mentibus pacatis, viuitur in peccatis:
Nullus bonus Mas, quia nullus bonus Mos:
Rationalis fimus, auditur blaſphemus
Contra omnia iura, loquitur lingua periura
Ferè, omnes, feræ.
Dico, quaſi omnes
Per terram, per amnes
Sine naui currunt, & ſine curru
Perniciter ad perniciem
Raptim, ad raptum
Furtim, ad furtum:
Ita, quod non inuenies fortem
Niſi ad furtum:
Omnia abrupta, omnia abrepta:
Soliciti omnes, ad illicita;
Nihil elicitum, niſi illicitum:

Scenæ obſcænæ
Non per fas, omnia per nefas:
Ambitio ſemper ambit;
Temerarij, temerant intemerata
Rara, etiam in Rure
Virgo, quæ ſit florida Virga.
Per vicum, & viam
Tibi procedunt obuiam.
Amantes, amentes
Ganeones, popinones, lenones
(Scurræ non videntur, quia obſcuri)
Reperies in Thermis, cum meretricum turmis
Ad malum hortatores, & ſcortatores,
Ibique, immò, vbique
Libidinoſæ ſententiæ
Libidinoſæ veſtes, libidinoſi ornatus
Libidinoſi conatus
Libidinoſæ dapes:
Nemo, tutus
Nimis libidinoſi, obtutus:
Libidinoſi motus
(Nullus Dei Metus)
Omni in loco, in omni lacu, in omni lucu
Libido laſciuit, libidinaturque laſciua;
Etiam in Militijs, pigra Mollities:
Luxus, ita laxus
Quod nemo recedit, ab obſcæno luxu
Niſi eneruis, & laxus:
It venum Venus, vel venum dat.

Et

Et ne lexis, loquar prolixis
Ad inceſtum, incedunt inceſtè.
Sine ſcortatore ad ſcortum:
Plena Lupanaria Lupis
Ouina pelle pellitis, turpiterque pollutis
(Iuxta leges, ſequentia verba ne legas
Nimis nefanda, quæ fanda)
Qui non cum Concubina, cubitat cum Concubino
Pathici, cateruatim, & Pedicones
Non nimis Venuſtè, maſcula facta Venus:
Quilibet iniqua poſtulans, quilibet iniquè peſtilens,
Aurum ne feras
Incides alioquin, in fures
Feros, vt Feras
Qui foras, obſident forum, & fores
(Vtinam hæc omnia, vana forent)
Iſti Latrones, ſine latratu;
Qui nunc fur, eſt furfur
Poſtea FVRca,
Heu, Heu
Percute manus, si hìc ò Pie manes
Si manes, non vides ergo Simones!
Simones illos immanes
Qui Sontes, vendunt, emuntque Sanctos
Et paſſim, per aſſem
Spiritumſanctum!
Vix Sacramenta, in humana mente
Jam omnia profana, Santiſſima Phana;
Phana plena feno,

Chriſti offerentes Chriſtum
Non inuocant, ſed Deum prouocant
Ad ſacra torpent, & Sacra turpant
Celebrando, non Celebres:
Dicunt Miſſam propter Meſſem:
Dicunt Miſſim, non Miſſam:
Nō miſsi, ſed amiſſi.
Non ferunt habitum, non curant obitum:
Compti omnes, & comati
Non compuncti, nec commoti:
Nec Curati, nec Curantes.
Quomodo Curati, ſi indigent cura!
Quomodo Curantes, ſi viuunt cum incuria!
Expectant vt mortui, ſepeliant mortuos:
Plus fœnerant, quam fùnerant
Vbique diabolicus tumor, nullibi diuinus timor
Ideò, penitus, nullus pœnitet
Hocque apertè, in omni parte.
Quid moror!
Pro enarratis, magnus in CAIETANO mæror
In gemitu, & queſtu, pro animarum quæſtu
Remedia quærit, & queritur.
Vilitas (ait) temerè timere.
Pugnare volo, vtraque vola
Vel vt dicitur vulgò
Velis, Equiſque certare:
Certabo etiam certatim,
Nec certè in incertum certabo
Fauente eo, & fouente

Qui

Qui ſuo ſemper Auxilio, ſuorum vires Auxit.
Diù, & ad hunc diem
Carus nimis, mihi Nemus:
Solatium vltra ſolitum, ſolitudo;
Solus, quaſi idem, ac ſalus:
Solitarius, medito ſalutaria:
Intra antra
Repeto, quidquid iuuare reputo.
Latui.
Latui, & lituo
Signa, futuræ pugnæ dedi;
Illud explicans Vexillum,
Vexans illum
Qui contra Chriſtum dicit, & contra ducit,
Quod demonſtrat, domita inferni monſtra
Ab Agno, & Igne:
Contra callidum Anguem, pugnabo ad vnguem.
Pro Deo, nunc prodeo.
Non ſedeo, ſed eo
Eho: dat ſe Deo.
CAIETANVS,
Eloquio, gentes trahit à laqueo
Tam facundè exprimit, quod fæcundè imprimit
Sic dictis allicit, quod lachrymas elicit
Nunquam profert verba, niſi in laudem Verbi
Dicit, indicit, prædicit, interdicit:
Dæmon dicit, admænio, & CAIETANVS, admoneo.
Ore, promit Oracula
Vnumquodque dictum, doctum edictum.

In primis, quid non imprimis!
En, eius axiomata, rarò audita ſub Axe,
Depone iram, quando vis ire ad Aram.
Quod pro culpa ſuccedit, Pœnitentia ſuccidit.
Benè horret, qui malè ſæpe errat:
Tibi ſalus, ſi deteſtas, toto corde, ſcelus.
Se ſaluat, qui pro ſeipſo ſoluit.
Chriſtianus ſuperat
Quidquid à Chriſto ſeparat.
Sacra mente, ſumenda ſunt Sacramenta.
Mundus hebet, & nihil habet
Niſi fumum, & fimum;
Et quia omnia eius euanida, omnia euaneſcunt.
Memento, tua vita Momentum;
Homo, vel mortuus viuens, vel viuus moriens:
Non viuens, ſed moriens
Et, ſine mora, moriens.
Ob id, vocatur abſolutè mortalis.
Corporum Monumenta
Animarum ſunt Munimenta
Dictum Monumentum, quia monet mentem.
Culpæ, multa debetur multa;
Si tecum in alia vita error
Tecum æternus horror;
Æternus erit horror, factus æternus, error.
Æternitas ab inſtanti pendet
Sic fides, ſic experientia pandit:
Inſtans, ſemper inſtans
Quia, etſi non ſtat, ſemper tamen inſtat.

Si rationalis es tu, omni cura eſto
Vt in pugna Pugil, in tota vita Vigil.
Hei, heu, ei
Qui mortem ſubitò, eamque male ſubit.
Infero, quod in Inferno
Patet porta ingreſſui, nunquam regreſſui:
Velis, Nolis
Ibi, ſi ibis
Non eſt deprecandum, ſed decrepandum
Perpetim, quia tu perpes:
Non redimit, qui redamat,
Inferis, vanæ inferiæ
Quare, communis, Damnatorum querela,
In vanum, imus venum
Iam venditi malè, captiui in iſta mole;
In iſto rogo, in vanum ego rogo;
Dixi (vt vidi flumen Lethe)
Spes, & Fortuna valete.
Vnus ibi pungit, vnus & alter angit
Nullus, dolores vngit:
O' pœnæ, penè
A' ferentibus ſoccula, enarrandæ per ſæcula:
Nam, per infinita ſæculorum ſæcula
Inuicem ſe ſecant, adunca ſecula:
Omnes ſicarij, omnes ſic Arij.
Rodit Vermis, & it
Statimque redit, & rodit
Inſidias vnus tendit, alter iniquè tundit:
Tam dirè ille verberat

Quod

Quod ſemper tranſuerberat:
Cum inuiſo faſtu, mutuo ſe infeſtant
Infeſtus, Infeſto
Infeſtus, ignita fuſte:
Quomodo ſecurus, quem ſemper ferit ſecuris!
Propter nimium frigus, nulla fruges
Propter niues, ſemper nouas
Propter glaciem, quem gluciunt
Vnuſquiſque, riget, & rugit,
Vorat omnes Vorago,
Querulus, cibum quærit,
Et illicò, illi
Peſtis, eſt facta Paſtus.
Potum ſitiens petit, bibit quod ſummè putet;
In cratere, Pus, Putredo, Putamen,
Clamat,
Non amplius ſitis: incaſſum dicit Satis
Nam continuò actu, bibit coactè;
Nauſeat putor illum,
Immergitur indè in ollam
Vndè, ſtomachoſus, & ſtomachicus
Vomit, èuomit, reuomit,
Virus tollit Vires:
Cerberus lacerat, Hydra laceſſit?
Lacerat ipſe ſibi, arterias, lacertos
Et ſine arte, artus.
Rabioſus, & ita rabioſè
Rabioſa rabiè rabit
Quod ſemetipſum mordet, & mordicat,

Tamque,

Tamque contra ſe furit, quod vndique ſe ferit:
Quid de mala, illa dicam Mola
Quæ æternè frangit, minutatimque infringit!
Quid de olla, quid de ſartagine illa,
In qua qui ſummè friget
Sæuiter homo frigitur
Remanens frixa caro, & oſſa aſſa!
Quid de illo verace igne, & vorace
Qui tantum terret, & torret
(Audi ò aridum pectus)
Quod iſte noſter, aſſeritur verè pictus!
Quid de illa Dei maledictione & ſententia
Quam ſemper damnatus ſentit
In eius auribus perpetuè ſonans
Inſonans, reſonans
Eumque terret, & terit,
Atterit, conterit!
Ibi Chaos æternum
Tetrum, & atrum;
Æternæ tenebræ
Tenentes illos tenebriones;
Æterni errores, æterni horrores;
Aeterna certamina
Ex corde diſcordiæ;
Aeternæ iræ
Tumidæ, & timidæ;
Aeterna rabies
Cum haſta, hoſtilis
Contra viros omnes, viroſa;

Æterni

Æterni ſtrepitus, crepitus, fremitus;
Æterni clamores
Contra amaros amores
Abſoni, & diſſoni;
Æternæ luctæ, æterni luctus;
Æterni ehi, æterni heu;
Æterni ſingultus
Singuli acres, & accreſcentes;
Æterna tonitrua
Horriſſona, & horrifica;
Æternum fulmen
Hiulcum, facienſque vlculſculum
In illis inſanis, inſanabile;
Æterni terremotus
Terribiles, & terrifici;
Æterni fragores, rumores, ſtridores;
Dolores æterni, & dolus;
Infirmitates æternæ
Infirmos, reddentes deformes
Informes;
Æterna ſanies, æterna veſania;
Præſentes fœtores, in æternum futuros
Æterni furores
Ob agitationem furiarum
Furentium, ferientium;
Radamantes, non amantes
Non amœni, ſed immanes
Omni in horá, inexorabiles;
Æternæ niues

Semperque

Semperque nouæ niues;
Tranſeunt enim ab aquis Niuium, ad calorem nimium;
Aeterna nox, æterna nex
Animas ipſas, corrodit Dipſas:
Et quia æterna Mors, æterne mordet;
Æternè
Fera, ferox, ferrea, funeſta,
Atrox, vltrix
Rigida, ſæua, minax, horribilis,
Impia, ſanguinolenta, acris
Semper feriens, nunquam ferians:
In iſto loco, & tormentorum lacu
Pro vno mortali; æternè moriuntur mortales:
Etiam Potentes, potenter tormenta patientur;
Factos ibi Demones
Ab Vno Deo, Dominos;
Contra humanos, immanes
Execrandos, perfidos, malignos
Nigros, fœdos, horrendos
Peruerſos, violentos, rabidos
Quorum aſpectus, deſpectus
Quorum forma formidabilis
Damnatorum geminatus gemitus
Angor, & plangor
O' infeſtos faſtus!
O' amaros amores!
O' inopes opes!
O' famam infamem!
O' ſanitatem inſanam!

 O' vitam

O' vitam, per Ditem, perditam!
O' mortem immortalem!
O' longam æternitatem!
Enarratis oppoſita, in Paradiſo poſita;
Supera, contraria inferis.
Quos Cælum celat Cælites
Volitans Fama beat
Dum geſta illorum boat
Vſque ad Bootem boans:
Quia innoxios, ideò ſine noxa
Nihil innocentibus nocet:
Tædium eos non tædet
Exilarant eos tedæ:
Ibi nullus eget
Quia benè, ſemper egit:
Quod cupiunt, ſtatim abundè capiunt
Cum omni voluptate, in voluntate:
Vnuſquiſque Diues, quia vnuſquiſquē Diuus:
Piè, fortes nati, pijſſimè fortunati:
Non amplius inter fallaces, ſed inter felices:
Non inter ſontes, ſed inter Sanctos:
Cari, caris Angelorum choris:
Sine letho læti:
Semper canunt, nunquam canent
Feſtiui, æternam celebrant feſtiuitatem:
Exultant, dum Deum exaltant:
Pſallentes
Habent in ore mel; in aure melos
Dum audiunt ſine fine

Voces

Voces mille centum
Armonicum formantes concentum.
In ſinu Creatoris ſe condunt, & niuei candent
Candent etiam igniti:
Summeque delectantur in beante Dilecto
Tam firmiter delecto.
Ex æterna regula, omnes Reguli,
Perpuram, veſtiunt pùrpuram
Totam geminis, ornatam gemmis;
Ex puriſſimo auro, facto camauro;
Dumque camaurum geſtant, hilarè geſtiunt;
Tres ad collum torques
Non illos torquentes, ſed oſtendentes ter quantos
Ob pugnas pugnaciter pugnatas
Etiam in duello, cum Perduelle,
Ideò, Milites Torquati.
Amplius, amplitudo apparet:
Nam cum palmis, in palmis
Et togis palmatis
Dum Cherubin, victorias eorum dictat
Ipſi triumphum ducunt
Trium Fatorum (vt fatur) triumphatorum;
Nempè
Inferni, Mundi, & Luxuriei.
Vndè fit
Illos perpetuò victuros, quia fuère Victores.
At
Quæ dulcedines! quæ ſuauitates! quæ delitiæ!
Quæ delectamenta! quæ amænitates! quæ voluptates!

 Dum

Dum, eorum Mentes amantes,
Semper vident, quocunque vadunt
Sedatè, in vna ſede
Supra trinum thronum
Angelicis formatum Thronis
Vnam Trinitatem
Cum immenſa Maieſtate ſedentem
Et Vniuerſum ſedantem !
Non: Non
Nunquam, hic qui viuit
Beata càpere quiuit
Nec Sancti, dulcia in Verbo
Poſſunt exprimere verbo;
Vndè, verborum vice
Vtuntur reſona voce;
In ipſo cælo; quare;
Dicuntur iubilare:
In Paradiſo
Perpetua lux, perpetua pax
Perpetua exultatio, perpetuum gaudium
Perpetua charitas, perpetua claritas
Perpetuæ benedictiones, perpetuæ laudes
Perpetuus iubar, perpetuus ſplendor
Perpetui Soles;
Nam, fulgebunt Iuſti ſicut Sol,
Perpetua gloria, perpetua beatitudo
Et in tanta altitudine, ante Altiſſimum,
Perpetua Humilitas;
Quam, Deus ſemper reſpicit, in cœlo, & in terra.

Omnia venuſta ibi, omnia pulchra
Omnia nitida, omnia perlucida
Omnia pura, omnia ſacra,
Omnia aurea, omnia gemmea
Ideò, omnia demulcent, omnia delectant
Omnia oblectant, omnia recreant
Omnia reficiunt, omnia perplacent
Delectationem afferunt, delectatione afficiunt;
Cur non?
Si ibi etiam, iucundi aſpectus
Iucundæ voces, iucundi ſonus
Omnia læta, & iucunda!
Cur non?
Si ibi, vita; ſi ibi, cor;
Si ibi, amatus Amor!
Conſidera, quod ſicut ſuper ſidera
Nulla nex, ſic nec nulla nox
Ibi æternus dies, æternus ipſe Deus;
In hac vita, omnia vita
Nec hilum mali in alia, nihilum:
Nam vita cæleſtis firma, terreſtris infirma;
Beatorum ſola, vtpote ſupra ſolem,
Eſt vita viuida
Semper viuens, ſemper viuax
Semper alacris, ſemper ſerena
Semper inclita, ſemper ridens
Semper pretioſa, ſemper præſtans
Integra, firma, potens
Tota ſpecioſa, & pura,

O' vita, verè vitalis,
Quis in hac vita
Millies non dabit, pro tali vita, vitam!
Timore, igitur, & amore
CAIETANVS
Omnia emendat, omnia emundat:
Tales rationes allegat, quod ad religionem alligit:
Informes, & deformes
Format, reformat, informat;
Inſuperque firmat:
Maturè mutat, maturè metet.
Innuo, quod Orbem innouat.
Improbat, approbat, reprobat
Probat probos;
Improbis, magna auxilia præbet.
Quo plus igneſcit, plus ignoſcit,
Vectat vbique victum:
Omnia præparat, ſemper properat
Fugientes ſequitur, ſtantibus obſequitur
Perditos quærit, querulus:
Verbis rogat, fletu rigat,
Monita præmittit, veniam promittit:
Leges exarat, corda exurit
Quod peragit, ſtatim porrigit
Defert, non differt;
Non vana, ſed ſemper diuina
Affert, offert, effert.
Vertit, auertit, euertit
Diuertit, conuertit

Vt opus eſt, inuertit.
Apprimè, diros premit,
Duros apprimit
Obſtinatos opprimit
Quos ſuperat, dum ſeparat:
Deuotionem promit, deuotionem imprimit
Quia dicta, admodum docta
Zelo Zelatus, exprimit.
Verbis Sacris illicit
Et ita illectos allicit
Quod fletus ab ipſis elicit
Etſi, de ſicco ſcilice:
Et ecce, quod ille cupit
Religioſè capit.
Et ſi ſerò, tamen ſero:
Hinc, hæc illatio, quod illicio.
Dic, ò CAIETANE pater
Eliceo, & Eluceo.
Tanquam Apoſtolus, reuocat Apoſtatas
Illeges, ad iuris leges,
Et ad Sacras leges, Sacrilegos,
Suæ vi precis
Tollit amorem à Procis,
Quos monet, & munit.
Luſtra obſcæna luſtrat
Eiciens, viuentes in luſtris,
Sicquè currentia luſtra
Nobiliter illuſtrat.
Tunc lætus alludit, quia Diabolum allidit.

De via

De via venientes dèuia
In via ambulantes inuia
Per viam ducit pèruiam.
Explorans, & plorans
Errores diuellere tendit,
Diuellit, & tundit;
Peruellit etiam per Villas
Per Valla per Valles;
Reos impetit, culpas amputat
Quas, quiſque ſibi imputat
Præmonet, & præmunit.
Pro Peccatorum flagitijs
Diriſſimè ſe flagellat;
Flagello, miſericordiam flagitat,
Vtquè illi placet, diuinam iram placat.
Vbiquè Dinaſtes, nullibi Daniſta.
Eras Iris
O' CAIETANE SANCTE
Lachrymarum imbres denuncians;
Immò
Fidi, ſignum fœderis
Inter Ingentem, & omnem gentem,
Numa erga Numen
Ritus docet ratos:
Religioſus, inijcit omnibus Religionem;
Tali pacto reddens
Mores hominum, meros
Pariterquè miros.
Execratum Sacrat

Omne

Omne deſacrat, quod libido ſacra deſecrat,
Ambitio Sacra, auriquè ſacra fames:
Tu qui es fenum, noli exercère fœnus.
Igitur
Vitia eradit, ad Virtutes erudit
De errore educit, in veritate educat,
Dum manet, monet
Dum verò mouetur
Rèmouet, àdmouet, còmmouet
Dìmouet, èmouet, pròmouet
Sèmouet, dèmouet, ſummouet
In omni loco, in omni ſitu
Situs,
Ergo dices, vbicunquè te ducis:
Dum pergo, Mundum purgo;
Deruo; & diruo.
Infatigabilis, etſi affatim fatigans;
Sator, nunquam Satur:
Etſi ſudat, non ſedet:
Deſudat, & non diſcedit:
Totus robur, pudicuſque rubor;
Ab alijs curis liber
Nullus eſt illi labor:
Vndè, nec labat, nec in labore labitur.
Ita pernix
Quod etiam nocte pernox:
Nunquam faſſum, ſe feſſum
Et ſi per æſtus, peruſtus.
Iterum iterat iter,


Vetera

Vetera conſumit, noua conſumat:
Nullam rem, æſtimat acrem
Suſcipit pericula, etiam per iacula
Nunquam fractus per anfractus:
Diffuſus, non diffiſus,
Non deſiſtit
Sed aſſiſtit, inſiſtit, perſiſtit
Reſiſtit, obſiſtit:
Nam quo plus laborat,
Viget magis, & veget.
Ales: nam Amor addit Alas.
Omnibus quos parit
Æternam gloriam parat:
Dum ſe ad omnia adaptat
Filios vbiquè adoptat.
Lætor, quia tantę Nouitatis Lator
CAIETANI miſſio
Totius mundi Manumiſſio:
Nunc vnuſquiſque, libertus,
Vnaquæque, liberta,
Omnes, libertini
Vbiquè, libertas
Liberi Parentes, iam Diabolo parentes
Liberi, etiam Liberi.
Fugata Venus, quia fugatus Liber.
Hoc, CAIETANI labor:
Dico liberè
CAIETANVS; Mundi liberator.
Vt firmiter omnia firmet

Extemplò,

Extemplò, erigit Templa
Altiſſimo, altè, ſtruit Altaria
Candida, fulgentia Sacra
Caſta, iuſta, feſta
Quæ, magnificè ornat
Exornat, & deornat
Dotat, & ditat:
Ornat
Aurea lamina, cereo lumine
Lampade limpida:
Sub gemmarum pondere gemunt
Sacratæ aræ, de aurato ære:
In Planetis, Planetę
Fixæ, etſi, ſine errore errantes
Vel Atalica, vel Phrygia textura
Vel acuto depictæ acu
Qui pingit, cum tales telas pungit.
Præ gaudio fleres, tantos videndo flores
Vt aiunt Annales, omni tempore Anni
Ante Deum, Diuos, & Diuas;
Vndè, menſibus Hybernis
Etſi, non cum Hybernis
Diceres, & verè, hyemem mutatum in Vere,
Vel CAIETANI aræ
Perpetuò vernare,
Qui, ſericis, & holoſericis
Parietes ſacros parat
Tam purè, magnificeque parat
Quod Templum, Paradiſus paret,

 Vndè

Vndè, in mirantibus, admirationem parit;
Ideò omnes notant, pariterque nutant
Quod pulchrè omnia nitent:
Indè, Sabæo odore, & Indo
Quem halant, cuncta olent
Fumigante pigmento
Thymi, Thymiamatis, Thuris
Storacis, Galbani, Guttæ
Cinnamomi, Myrrhæ
Et Balſami non mixti,
Phana, ſuffita ſemper, ardentibus paſtillis:
Sicque, propter Arômata, & Aromatites
Omnia ibi ſuauia
Fragrantia, odora, grata
Halantia, olentia.
Dum Populus odorat
Deuotiſſimè adorat;
Dum odoratur odos
Dulcius Sacerdos, ſanctas canit odas:
Curat, vt odor
Et ſit ſuauiſſimus ADOR.
De corde CAIETANI iſte decor:
Quia hoc habet inter ſumma opera,
Quia hoc petit ſummoperè
Ideò, ſæpè ſæpius repetit:
Fratres
Quia nitor eſt baſis, Sacrarum Baſilicarum
Propterea, nitor, vt in cunctis ſit nitor.
En, Orbis corruptus, iam correptus.

En
Inſtaurata Sacra, reſtitutæ leges
Refectæ Virtutes, redintegrati mores
Moderatę Vrbes, renouatus Orbis
Innouatum, quod Mundus antiquauit antiquus.
O' Lector docte
Mira Mundum ductim, ad perfectionem ductum,
Quis nouit tam noua!
Tanta habetur nouitas
Quia fuit tanta, in CAIETANO nauitas.
Ergo
Integri Mundi, non integri
SANCTVS CAIETANVS
Eſt Reſtitutor, pariterque Tutor,
Quia Sator, ideò Soter.
O' INAVDITV, AVDITVM.
Præterea, præter ea
Dolens, & dolos delens
Eluit, quidquid Occhinus elet.
Occhinus ille, illico mittendus, in Olla
Qui erigens criſtam, contra Chriſtum
Tantum galleſcit, quod gallat:
Paululum patrat contra Paulum
Et contra Petrum, beatiſſimum Patrem
Frangere cupiens Eccleſię Petram:
In Roſtris, non corrector
Sed incorrectus corruptor;
Non fidei cultor, ſed culter
Non Rector, ſed Ructor

Non

Non Verus, ſed Varus
Magis Magus, quam Dei imago
Potius Mus, quam Mas
Vt indicat eius Mos
Etenim ore ſemper, Rodit, & Radit;
Mentitæ homo mentis
Gentes non intaminat
Sed nimis fœdè contaminat
Eas ad occaſum ducendo
Non ab Occaſu deducendo,
Iniqua ſuggerens ex ſugeſtu.
Eloquio tendens laquea
Includit cum ſuis dictis
Auditores in dictybus;
Non Chriſti diſcipulus
Sed Diaboli decipula,
Non de Fide, ſed de fidibus,
Diſputa de lyra, nam tu delirus,
Sile, ò ſine Sale
Dum enim faris, furis, & feris;
Nefarius Fario
Non èdocet, ſed dedocet,
Ideſt
Docet, quod dèdecet:
Etſi, ſine captu
Aliquam beneuolentiam captat;
Manifeſtè infeſtus:
Immitis, omnia immutat
Vtpotè, Nebulo in nebula.

Si non curuus, Coruus:
Mimus, & Momus:
Non Ethicus, nec Eroticus
Sed Erraticus, & Hæreticus:
Impius, in Pios:
Plus callidus, quam calidus,
Plus Blax, quam Bellax,
Non rogans, ſed arrogans,
Simul Simulator,
Non Hoſpes, ſed Aſpis,
Plus vorax, quam verax:
Aridus, & Horridus:
Eius mens, ſemper ad menſam:
Immunitus, imminutus:
Quid putatur? Potator
Plus illi carus Liber, quam liber:
Quid putatur? Putamen;
Fœde illitus, fœdè illotus:
Mobilis eius frons, vt ad auram frons:
Verò verius, totus varius.
Si videt, inuidet
Si loquitur, obloquitur
Si vocat, prouocat
Si ridet, rodit
Radit:
Dum pèramat, pèrimit:
Si ludit, lædit
Si tangit, tingit
Si abeſt, obeſt.

Si adhæret, adurit
Si accedit, cædit
Nunquam cædit, ſed occidit
Si ſaltat, inſultat
Si dicit, non ducit
Sed ſe ducit
Omnes ſeducit,
Quidquid fecit, ſemper infecit;
Non ferax, ſed ferox
Loquentiæ ſatis, eloquentiæ nihil
Nihil verſatus, omnino verſutus
Non rectus, ſed erectus
Infrænatus, infrunitus
Inermis, paritèrque enormis
Immanis, ſed non erit immunis.
Officit Officio;
Etiam quod putat, putet
Hoc manifeſte patet.
Cur tantæ in te labes?
Quia, amicus tuus, lebes.
Dum tibi vaco, & te voco
Parum purum,
Ludo, teque deludo;
Veridicus
Nec purum, nec impurum
Sed purè, te vocabo, Purem:
Quia, intellectus rudis, ore, vt Aſellus rudis.
Hic, numerandus, non inter Viros
Sed inter Verres;

Etenim

Etenim ingenium ſuum, eſt Suum
Nec genium, nec habentes ingenium;
Ideò, non verbo
Sed verbere verberandus.
Si ergo talis, mouendo talos
Non ad Aram, ſed accedat ad Haram,
Non eſt Dæmon, Etherodæmon:
Certè Diabolus
Non quia vtitur rhetorica Diabole
Sed quia Diabolizat.
Impoſtorem, in poſterum, te dicent Poſteri.
Licet lucet
Niſi illicitum, illi licet;
Non lux,
Eſt Lucifuga,
Stygius Lucifer;
Non patet illi Adytum
Et ſi apertum illi, quodcunque aditum;
Illi non benè ſtat Cucullus, quia eſt Cùculus;
Indignus Monaſterio, dignus Colaſterio.
Ad Miſſam, quomodo fuiſti admiſſus!
Dic mihi Occhine, qui es!
Quies.
Quies!
Tu, multus tumultus
Tu, fusè, confuſio
Tu, turbarum turbator
Tu, turbidus turbo
Tu, error; tu, horror

G Pèrdiù

Pèrdiù, tu perditè perditus,
Tu, perditor; tu perditio;
Nihil polles
A' te, admodum diſtans Pallas:
Tu non Paſtor ſed Piſtor,
Tu, non verus, ſed virus
Tu, Perduellio; tu, Pérduellis;
Certè, nón lenis
Et forſan certè, Leno;
Tu, timiditate lepus, auiditate Lupus:
Profanum exuiſti linum, ſacram exue lænam!
Delector, mi lector:
Habet pro capite, teſtam:
Vis ſcire quid continet?
Incontinentiam,
Vbi diuerſatur?
In Diuerſorio;
Dicit ipſe: diſco in diſco,
Improbum probum improbo
Et deuoto, deuoueo deuotiones, & dira
Quia benè canit
Qui Occhinum occanit.
O' canis Occhine, quid canis!
Cur non Occhinus occaſat!
Nonnè caſus, omni dignus occaſu
Dum tam malè, & ſine occaſione
Arua Sacrata occat!
Occhini concio, iram in CAIETANO concit
Qui ſtatim, deplorans ſtatum

Viri

Viri non Veri:
Cur non loquitur ſatius!
Dixit ſubmiſsè Socio:
Quid fatur, iſte fætor!
Non inſtruit, deſtruit:
Quid iſte aſtruit,
Iſto, aſtu!
Hæc Auerni peſtis
Neapolitano Regno, minitat peſtem:
Procul luſus: Diuinæ maieſtatis læſę
Reor hunc reum;
Illi, bellum indicit
Et ſinè inducijs, ad Sacram pugnam inducit.
Clam, clàmat:
Citò, deindè, citat:
Hæreſes dètegit, quas Verſipellis tegit:
Valida argumenta promit
Validè illum præmit
Refutat, reicit
Repellit, arguit
Dictis tam doctis
Quod Aſtantes, non amplius ibi ſtantes
Vbiquè clamant, vbiquè exclamant
O' virum rarum
In omni ſcientia rerum!
Quilibèt valdè probat, quod verbis ille præbet.
Inſtat, vrget, inſiſtit, perſiſtit:
Poſt ea tandem, ſic poſtea:
Nonnè, negas, tuas conciones nugas!

Abiura
Sacra, ſi vis redire, ad iura;
Tibi aſto, ſine aſtu,
Sapientis, eſt, maturè, opinionem mutare;
Te per Chriſtum adiuro,
Coniuro, deiuro, eiuro,
Incultos, vel duc te per ſaltus,
Vel dic ſaltem:
Hoc vnum ſapio, quod reſcipio;
Hoc vnum ſapio, quod me ſepio:
Hoc vnum ſapio, quod vino chio me ſopio;
Aut
Hoc vnum ſapio, quod ſemper deſipio,
Sidera, conſidera,
Ad punctum veniam,
Certam tibi promitto veniam:
Ero, ſi Vis, tuus præs, tuus Vas;
Sed prius, tua delicta luge:
Non te fallo, te refello:
Vt tuam plangas noxam, rogo obnixè
Scriptum ab ipſo Deo, in lege
Quod, qui verè dolet, ſua peccata delet;
Culparum tu tuarum, delator
Culparum tu tuarum, deletor.
Amplio: eorum Deus non recordatur amplius;
A' culpa amotus, à Deo amatus:
Multa, tibi debetur multa,
Quam ſi nunc Vitas, implebis dictum Vatis;
Vndè, ſuppliciter te rogo

Cur

Cur?
Æterno, ne crucieris in rogo:
Infero, ne ſemper moriaris cum inferis,
Memento, quod gigantes Flegræ
In ignè ſempiterno flagrant.
Erga te, ferox ergo!
Abijcies ergo, verba mea poſt terga!
Perpetua ergo, eliges ergaſtula!
Si expes, eris beatitatis expers;
Talia dicens, & alia
Videns incaſſum, timorem incuſſum
Hic Sanctus Aiax, & præſagus Aius, ait,
Quia cum iſtis peſſimis, nihil poſſumus
Ab eo, abeo:
Illum in infernum trudo, Satanæquè trado;
Et eius aſpectum deſpectum
Et eius viſum inuiſum
Et eius ſimulacrum, ſimul acre
Effugiam, etiam eius effigiem;
Aliò me verto;
Eſt Vertumnus
Qui dum ſe vertit, omnia euertit:
Quid faciam, ante fucatam faciem!
Sicque, dicens ſiccè
Occhinum
Canum, & canem
Ita pellit, expellit, propellit
Repellit, compellit, impellit
Fugat

Quod fugas, tenens per fagos
Perfuga, transfuga
Lucifuga, noctifuga
Fugax, fugitando fugit:
Fugiendo ibis, & remanebis Ibis:
Ob talem fugam
Ab Vniuerſo, celebranda Fugalia.
Tunc in eum, iræ, & diræ:
Auditur Populus, illi imprecans papulas:
Irrideat eum Populus
Pùpulus, & Pùpula:
Inter Populos, perdat pùpulas:
Omnis pòpulus, eum pòpulet:
Palam ligatus ad palum
Verberet hunc Verberonem Populus.
Fuſte, arduæ pòpuli;
Appareant quotidiè illi, Apparitores:
In eius fibris, nihil aliud quam febris.
Peſſum eant Peſſimi;
Illi reſtat, ſola reſtis:
Exul, exulceratus, exulet
Ex lege, erret exlex:
Inducat eum mania, ad demordenda mœnia.
Aſtream fugiat, ſed non effugiat
Semper fugiat, ſine effugio
Sine refugio, Refuga:
In nullo Freto fretus:
Sine tutore ſit, ſine tutela
Sine tutelari, ſine tutamine

Nullus illum tutet, à nullo tutetur
Totus, nullibi ſit tutus:
O' Lues (ita erit) pœnas Lues.
Terreat eum fulgor, torreat eum fulgur.
Funis, ſit eius finis;
Funus, extra Phanum:
Eius affines, Funes:
Æterna ſit illi nex: æterna ſit illi nox
In glaciem aſtringat illum, æterna nix
Noceat illi, æterna nux;
Maneat in æternum punitus, apud Penates
In æternum, nullam videat facem
In æternum, omnem olfaciat fecem,
Vipera ſit Altrix, & Vltrix
Nota, Lector, optimè elector
PERIT
QVI ECCLESIÆ SACROSANCTÆ NON PARET.
CAIETANVS
Inſuper, inſuperabilis
Sine metu, in motu
In charitatis motu, ſine meta;
Egentium, iuxta exigentiam
Commonet, admonet, præmonet
Et cara cura
Pupillas dirigit ad pupillos
Et ad natos Nothos
Et ad Viduas, auxilijs omnibus viduatas
Quibus piè ſeruit
Omneſque pijſſimè ſeruat:

Dotat

Datat, & ditat.
Deſolatos, ſolatur,
Cæleſtia, docet ſceleſtos;
Multa præſtat preſsè,
Multum preſſis:
Miſericors, cor aperit
Nudumque ſtatim operit
Animo valdè vaſto
Induens propria veſte:
Quotidiè datat, pauperéſque ditat:
Petenti per Chriſtum, dat triticeum cruſtum;
Eius Sanctiſſimæ manus
Porrigunt indigentibus, munus
Et quia plena manu, tollunt mendici manus;
Quia ego Dator, à Deo ditor
Firmat, infirmos:
Proprio cruore emit, quos tenerè amat,
Redimit, quos redamat;
Quòdque multum refert
Omnibus aliquid affert,
Affecta à CAIETANO, toto affectu confecta
Omnibus, factus omnia:
Vocandus ergo Euerges
Dum ad omnes, benèficus ſe vergit;
Nota, nate,
Omnes tuetur, ſed non intuetur
Omnibus proſpicit, nullum perſpicit
Etenim, ita ſuos occulat Oculos
Quod nihil videt, dum vadit.

Vis

Vis viſum viſere inuiſibilem?
Intuitum CAIETANI intuere
Inuiſibilis eius viſus
Seu, inuiſibiliter viſibilis
Tum quia nullam ſpeciem inſpicit
Tum etiam quia, nihil vnquam viſit,
Rogatus expectat, ſed non aſpectat
Nec aſpicit.
Vel ſolum ſuſpicit Solem
Vel ſolum cernit Solum;
Sì verò reſpîcit gentes
Hoc facit decorè
Non pupilla, ſed ore,
Dum terram cernit
A faſtu humilitatem ſecernit,
Dum ſepè ſuſpicit Ætherem
Suum iter, ſuſpicit iterum;
Firmè, ipſe affirmans;
Dum Cœlum ſuſpicio
Damnationis in me, ceſſat ſuſpicio.
Non reſpicit, dum ſe non reſpicit
Ideſt, dum parcus, ſibi non parcit;
Non reſpicit, dum omnes reſpicit
Ideſt, omnibus dum proſpicit.
Sancti huius oculi, Sancti
Totius Modeſtiæ ſedes;
Vnus, & alter
Altè
Totius Pudicitiæ ſidus.

Conſidera iſta ſidera
Et comperies in ipſis, imperia,
Etenim fluxè, fluunt influxum
Inflexibile, reddens inflexum.
Oculos in Deum tendit
Illique ſemper intendit:
In oculis geſtat Deum
Geſtat, & geſtit:
In ſuis oculis, habet Dei oculos,
Hoc eſt
Vult, quod Deus vult:
Deus, oculus eius;
Ideo fixus, in Crucifixo
In quem ſæpiſſime, oculos intendit,
Emittens lachyimarum flumen,
Et ſonorum flamen,
Totus Amoris flamma,
Quia Sacerdos veri Dei
Verus Flamen Dialis
Hanc aſpirationem iaculatoriam iaculatur.
Mi IESV, mi IESV
Tu, meum cor, meus oculus, mea roſa.
Nulla illi, oculata dies
Dies omnis; illi cæca.
Nunquam, oculos tollit.
Etſi ſemper, ſuos occulat oculos
Tamen, ad præuidendum, eſt vigil Argus
Ad prouidendum, plus velox, quam Argo
Ad reportandum aureum Cœli Vellus, Argonauta.

Nonnè

Nonnè totus tutus, CAIETANI obtutus!
Exemplum præbet
Quod ſupradicta probat:
Ideſt
Factis munit, quod in pupilla manet.
Dum Neapoli in Campania
Carolus ille carus
(Caro, Lux)
Intantum, ita quantus
Quod licet Quintus
Nunquam dicendus Secundus
Immò, etiam ſecundus
Nam, cum illo ſemper, fortuna ſecunda
Illiuſque res, ſecundum omnes, ſecundæ
Qui
Cum armis, ſemper in armis
Cum turmis, etiam in Thermis
Terrarum Orbis terror
Subegit tot Caſtra, in Cœlo quot Aſtra:
Tot Ciuitates, illi aperuere fores
In Campis, quot flores:
Qui fecit pericula tot
In Mari ſunt ſtillæ quot;
Pericula, ſine periculo
Nunquam in incertum certans:
Quidquid voluit fecit
Fecit, & perfecit
Toties Debellator, quoties Bellator.
Fateor, quod ita Fatifer


Quia

Quia fatalem ferrum ferebat:
(Millies melius)
Fuit inſuperabilis
Quia à iuſtitia inſeparabilis,
Sine malitia, eius militia;
Vndè, & in terra, & in vndis
Vixit
In ſolis imperijs, in ſolis victorijs, in ſolis triumphis:
Dumque (vt Ille dixit) vixit
Eum fortuna vexit
Vexit, & euexit,
Ergo dum variegata, fulgida, & laxa
Veſtitus veſte, cum regio luxu,
Lauro, coronatus, & auro
Bella ſub Vmbella
Exprimente bellè, inſignia eius bella
Super gradarium, ſpumantem, iubatumque equm
Equitans, totus æquus:
Iam, inuectus Vrbem, incedit inuictus
Spargens ſtipem equitibus ſtipatus,
Pedeſtre agmen & equeſtre
Ordine militari præcedit:
Nihil, petenti, Imperator præcidit;
Plures exercitus ſequntur.
Qui ſimul, fidem ſequntur
Naturam ſequntur
Fortunam ſequntur
Sequntur, & obſequntur
Pariterque munera conſequuntur.

Ad

Ad tantum iter, rumoribus ſtrepitat Æther
Voces canoræ ſonant
Nolæ in turribus reſonāt
Tubæ belligeræ inſonant
Crepitantia tympana perſonant
Omnia ſonora circonſonant,
Vbiquè
Sonus, ſonitus, ſonor
Tormenta ænea, igneum globum quem tenent
Emittendo tonant:
Tormenta, ſine tormento
Nunc enim, animas non ſoluunt
Sed ſaluant;
Dicunque tonitru, tu, qui in Silua
Tu, qui in Vrbe, Salue.
Totum hoc
Cum tanto faſtu, cum tanta feſta
Quod firmam refert formam
Lati triumphi, & læti.
Vndiquè Populus vndat
Exundat, inundat
Exultans, & Inclytum exaltans.
Non amplius, clam amor
Sed præ amore, clamor:
Emittit voculas, per omnes viculos
Sub illo Climate, totus clamitat:
Tu, cur non clamas, ſi veſtis tua, Clamis!
In tanta feſtiuitate, feſtiua
Patritia Gens, nunquam hauſta

Canit

Canit illi fauſta:
Per ſæcula, ſit victurus
In prælio ſemper victurus
Etiam ab Eois, poſitus inter Heroas:
Viuat, cui Mundus, ſemet ex corde Vouet
Viuat, Viuat.
Vita quotidiè illum, ita inuitet ad vitam
Vt ſeruando perennia
Per æuitates multas, perennet
Tantumque perennet, quantum
Noſter perennat amor,
Nulla infauſta tibi, fauſta omnis dies
Viue, Carole, viue
Fauſtè omnia tibi, feliciter omnia tibi.
Talem triumphum, qualem
Neapolis comitatur, dum vadit,
Nec Roma ipſa vidit
Quando magna cum Pompa
Magni triumphauere Pompei.
Vnuſquiſquè feſtiuus, feſtinè feſtinat
Vt ſpectaculum ſpectet
Et ſpectet, ſpectatum in armis:
Hocque, ipſe Anilis, factus anhelus, anhelat;
Etiam Solitarij e ſpecu, aſcendunt ſpecula
Vt ſpeculantes ſpeculentur
Virtutum omnium Speculum;
Speciosa, Populus ſpecit
Et ſpeciatim
Speciem Bellacis ſpetioſam,

Vel

Vel in ſublime ſtans, vel ante antas:
Solus CAIETANVS, non feneſtrat feneſtras
E quibus, nouum Titum,
Et triumphum, poteſt videre, totum
Nec per ſpecularia proſpicit
Nec ad illam partem ſe flectit
Vbi Turba reflectit:
Sed genuflexus, & in Crucifixo fixus
Immò Cruci, cum Crucifixo affixus
Stat immobilis, cum Orbis totus mobilis.
Non ſpectat CAIETANVS Spectaculum
Et CAIETANVM Superi ſpectant
Superis factus ſpectaculum
Dum de curioſitate triumphi
Triumpho inaudito triumphat.
Et quia curioſitatem non curat
In cœleſti curia
Et Curio, & factus eſt Decurio:
Curio, & Decurio
Sine incuria.
Anguſtus, non vult videre Auguſtum
Nec Auſtriacum, in ſemetipſum Auſterus,
Nec qui ſe ſæpè cædit
Aut cæſam rem, aut Cæſarem.
Non luctor, mi lector
Tu Sapiens ſæpius ſapis
Potius (vt docet Pytias)
Rem faciendam ductim
Quam cæſim (Nobile dictum)

tamen

Tamen, yt monſtrat lux
Et docet lex,
Loquitur cæſim, perfecta oratio cæſa,
Tranſit Auſtriacus
Et CAIETANVS, ſuas genas Auſtrat:
Et ſic Auſtrat,
Quia efflat, ab eius ore Auſter:
Lecto Auſtrat luctu,
Neque terreſtrem Curiam
Neque curioſa curat
Cur?
Quia, eius cura, Cor
Cor, & Sacrata curare
Et in ſuos, eadem procurare:
Vnde, inter eius edicta, iam educta
Hæc habetur habena:
Quia ſic ſentio, iſtud ſancio
Non edes, per ædes:
Plateas Nemo
Diligant omnes Nemus:
Et ne quis exeat foras
Domus, ſint ſemper clauſæ fores
Nec egredi liceat
Niſi Antiſtanti, expræſsè cauſa luceat:
Ita, de Clero, declaro
Nec florida ætas, nec ſenectus carioſa
Debet eſſe curioſa.
O' CAIETANE
Si non aſpicis terrena, ſed deſpicis

Oculis

Oculis hiſce tuis
Quodnam obiectum, non erit abiectum!
Quinam aſpectus, non deſpectus!
Quinam viſus, non inuiſus!
Quinam faſtus, non infeſtus!
Quodnam ſolatium, non deſolátio!
Quænam, non Vana Venus!
Tanti dicti, rationem affero
Et ſimul Sancti, pupillas puras effero.
Cum ſuis oculis, tutati iaculis
Fidus pepigit fædus
Non ſolum ne cogitarent de fædis:
Sed ne luſus viderent, nec luxus
Præcipua CAIETANI precatio
Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.
Oculos auertit, & totam Vanitatem euertit:
Nequit videre Equitatum
Sed ſolam Æquitatem:
Suis oculis, omnem rem demit
Vt maneat fixus in eo, qui Vniuerſum redemit
Cum Pſalte ſæpius pſallens
Oculi mei, ſemper ad Dominum,
Nec perſpicio per ſpatia.
Videat confeſtim, cæleſtem feſtam
Qui tantum faſtidit, terrenum faſtum:
Quia tuus aſpectus, nullum aſpectat aſpectum,
Expecta, nam ex pacto
Beantem illum aſpectabis Aſpectum
Pro cuius conſpectu

Omnia habuiſti in deſpectum,
Ad videndum, ò CAIETANE non vadens
Factus es Videns.
Nempè, cum profatu Propheta:
Notum in ſacris notis
Quod Videns, Vetus vocatur Vates
Sic enim legitur, primo Regum
Capite nono
Qui Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns
Vnde Saul ad Samuelem
Vbi eſt domus Videntis?
Et Samuel Sauli
Ego ſum Videns.
Quod CAIETANVS factus ſit Videns
Infra Videbimus.
O' quantum, quantum ſe munit
Dum fixus in Crucifixo manet!
Dum genuflexus moratur
O' quantum meretur!
Repletur infernus mærore
Videns pupilla mera
CAIETANVM, tanta mereri:
Dum immobilis moratur, & ſpectacula non moratur
Quis non miratur!
Non deſertus, amat Deſertum
Quo plus in deſerto, plus diſertus.
Vt ſolet, viuit ſolus
Ideo ſolus, tunc ſolitarius dictus
Quia ſolita illi ſolitudo,

Ad quam, ſic inuitat inuitum
Vitia omnia ſolas, ſi ſemper viuis ſolus
Nunquam in te ſcelus, ſi ſemper viuis ſolus
Semper tibi ſalus, ſi ſemper viuis ſolus
Quia eadem lex, etiam eadem lux
Et inter aſtra, Soli, & inter antra, ſoli:
Imperat ſibi, Solus, imperat quoque Solo;
Solus, in regio locandus ſolio.
Viue in ſeceſſu, & bono viues ſucceſſu
Cum ſpe, in Specu,
Non ambulat in orbem
CAIETANVS per Vrbem
Nec pergit vicatim, etſi multoties vocatus,
Non peragrat per agra,
Non tranſit demum, de domo in domum
Iuxta incepta, Chriſti præcepta:
Et quia non vadit
Nec vadat, nec vadatur
Ideò, res ſuas omnes, habet in vado.
Solus vagus, ſæpe vagit:
Nullus Vigor, dum Vagor:
Qui pede errat, & corde, & ore errat
Errones, Nerones,
In ipſis
Erratum, erratio, error:
Sanctus non proficiſcitur, niſi proximo proficit.
Solus, eſt vnus
Quia CAIETANVS, Vnus,
Vna pretioſa vnio:

 Quanta

Quanta Vnitas, inter Deum & Vnum!
Etſi Trinus, tamen Vnus:
Adagium, fere ab Adam
Solitarius, aut Deus, aut fera.
CAIETANVS, nunquam in Emporio
Semper in Empireo;
Præcellit, in cella
Dum illum cella celat
Cella illi Cœlum.
Silentij amator, ſilentium indicit
Sicque perorando, ad ſilentium inducit.
Fratres
Si vultis Deo ſeruire, oportet ſilentium ſeruare
Si hilari vultu
Si feliciter, viuere vultis
Si lętè, si latè
Silete:
Canunt enim Syrenes
Cum totus Orbis ſerenus,
Dico, cum Cœlum ſilet;
Probatum verbum, ideſt prouerbium
Si viuere vis in pace
Audi, Vide, Tace.
Qui loquitur parum, ſeruat cor purum.
Neminem offendit
Qui verba non effundit:
Tam magnus, in hoc, profectus
Quod remenet homo, perfectus;
Iacobus teſtis in ſuo textu

Capite tertio
Si quis in verbo non offendit
Hic perfectus eſt vir.
Qni non reſpondet, nec res pandit;
Non Spondet, qui non reſpondet:
A' Diaboli rete, centies
Liberat reticentia:
Se fouet, qui linguæ fauet;
Lingua tacita
Binum bonum.
E contra,
Lingua loquax
Vt liquet, famam, etiam Heroum liquat.
Viri lingua! ſtygium Virus:
Deſtruit magnam Molem,
Ipſa, magnum Malum:
Indè mobilis, indomabilis.
Dicam vno verſu
Ordine inuerſo, vertit Vniuerſum
Vertit, & Euertit;
Vniuerſè, in Vniuerſo
Iniquitatis Vniuerſitas.
Vnicuique, ſit lex
Sile, vt ſilex.
Conſilio, etſi Conſileo.
Hoc totum, exemplo
Exprimit in domo, exprimit in Templo
Nam, vt ſolet, ſemper vbique ſilet;
Nec lingna ſilet ſolum

Sed

Sed noua taciturnitate ſub Sole
Silet totus tutus, vt reſonat ſalſa Tethys
Et, ſi lentè, fama hoc non ſilente:
Et oculis ſilet, & auribus ſilet
Et manibus ſilet, & pedibus ſilet;
Omnia in illo, præter Virtutes, ſilent.
Is, non habet Os
Dum loquitur, tam ſubmiſsè loquitur
Quod, vix, auditur vox:
Cariſſimæ illi, quaſi muto,
Conſonantes mutæ;
Sine littera vocali, & ſine voce, vocalis
Præter hoc nomen, Numen
Non vocat aliud vocamen
Cumque Deum vocat, illi deuotè vacat
Vocat, & inuocat.
Nullas habens voces
Ad vanas Mundi vices
Nunquam profana profatur;
Vndè, in hiſtoria leges
Quod nunquam dixit logos:
Nunquam affatus affanias:
Non bilinguis, nec linguax
Sed elinguis, licet cum lingua
Licet, cum varijs linguis:
Non enim dicit, qui ſemper benedicit,
Sic nam dum dicit, ſe totum Deo dicat:
Eius lingua, in ſermone non longa
Longum teſtatur amorem,

Ideò

Ideò eius lingua, præ nimio amore languet:
Non clamat, ſed clam amat:
Non minus mutus, quam mitis.
Quia non labile, CAIETANI labium
Nullam in labio, nigram habet labem.
Bucca CAIETANI, ſemper clauſa Bacco
In CAIETANI bucca, nitida ſplendet bacca,
Dura, ſilentio fert, cumque ſilentium effert.
Quia Pauper, non eſt locator.
Quia Prudens, non eſt Locutor.
In corde, iuſtitiæ Sol
In ore, ſapientiæ ſal:
Omni hora, vt ſine ore.
O' CAIETANE Silens
Et ſemper pſallere ſolens
De tanto tuo Silentio
Nunquam, erit ſilentium;
Omnis lingua, in omni lingua
Tuam efferet linguam;
Hocque
Omni hora, pleno ore, ſub omni ora
Exultans, quia te exaltans.
O' CAIETANI lingua, tu tota tuta,
Tu tota
Aurea, inclyta, prætioſa, preſtans,
Æqua, grauis, integra, mellea, nobilis
Lactea, dulcis, pura, innocens, cæleſtis
Sacra, Sancta, beata.
Quia ſiluiſti

Sed noua taciturnitate ſub Sole
Silet totus tutus, vt reſonat ſalſa Tethys
Et, ſi lentè, fama hoc non ſilente:
Et oculis ſilet, & auribus ſilet
Et manibus ſilet, & pedibus ſilet;
Omnia in illo, præter Virtutes, ſilent.
Is, non habet Os
Dum loquitur, tam ſubmiſsè loquitur
Quod, vix, auditur vox:
Cariſſimæ illi, quaſi muto,
Conſonantes mutæ;
Sine littera vocali, & ſine voce, vocalis
Præter hoc nomen, Numen
Non vocat aliud vocamen
Cumque Deum vocat, illi deuotè vacat
Vocat, & inuocat.
Nullas habens voces
Ad vanas Mundi vices
Nunquam profana profatur;
Vndè, in hiſtoria leges
Quod nunquam dixit logos:
Nunquam affatus affanias:
Non bilinguis, nec linguax
Sed elinguis, licet cum lingua
Licet, cum varijs linguis:
Non enim dicit, qui ſemper benedicit,
Sic nam dum dicit, ſe totum Deo dicat:
Eius lingua, in ſermone non longa
Longum teſtatur amorem,

Ideò eius lingua, præ nimio amore languet:
Non clamat, ſed clam amat:
Non minus mutus, quam mitis.
Quia non labile, CAIETANI labium
Nullam in labio, nigram habet labem.
Bucca CAIETANI, ſemper clauſa Bacco
In CAIETANI bucca, nitida ſplendet bacca,
Dura, ſilentio fert, cumque ſilentium effert.
Quia Pauper, non eſt locator:
Quia Prudens, non eſt Locutor:
In corde, iuſtitiæ Sol
In ore, ſapientiæ ſal:
Omni hora, vt ſine ore.
O' CAIETANE Silens
Et ſemper pſallere ſolens
De tanto tuo Silentio
Nunquam, erit ſilentium;
Omnis lingua, in omni lingua
Tuam efferet linguam;
Hocque
Omni hora, pleno ore, ſub omni ora
Exultans, quia te exaltans.
O' CAIETANI lingua, tu tota tuta,
Tu tota
Aurea, inclyta, pretioſa, preſtans,
Æqua, grauis, integra, mellea, nobilis
Lactea, dulcis, pura, innocens, cæleſtis
Sacra, Sancta, beata.
Quia ſiluiſti

Te

Te gentes, vocabunt ingentem
De te, quaſi muto
Nunqua Vetuſtas muteſcet:
Æternitas leget librum
Liber tuum extollens labrum,
Labrum ſimulque libra
Quæ nunquam non verba librat;
Pro tua flexanimi bucca
Reſonabit vbique, retorta bucca
Tui buccinator factus, omnis homo.
Si, qui nunc Silentiarij
Dicebantur olim Secretarij
CAIETANVS, Sanctè Silentiarius
Dei ergo Secretarius,
Nota illi ignota
Myſtica myſteria
Sacrata Secreta
Secretò, enarrata illi ſecreto;
Et eò Secretius
Quia iudicabat ſe cretam;
Euax
Non vanus ventus, ſed firmus euentus
Quod
Qui voluntariè mutit
Silentia in gloriam mutat
Mutat, laudeſque metit.
Ocyus, etiam Ocium
Et fugat, & fugit, & figit:
Reuera, verum

Quod

Quod ſe turpat, qui torpet:
Nihil aliud Ocium
Quam vitium, & exitium
Vndè, qui vacat, multam malitiam vocat
Eccleſiaſticum monitum, Eccleſiaſtici
Capite trigeſimo tertio
Multam malitiam, docuit Ocioſitas.
Ocium èdoma
Et non erit Sòdoma,
Ab Ezechiele Propheta, iſta verba profata
Capite ſextodecimo
Hæc fuit iniquitas Sòdomę
Superbia Saturitas, Ocium.
Certè non poſſunt dici
Viri ocioſi, Pudici:
Quia ſemper hebent, ideò ſemper habent
Iniqua dicta, in ore
Et frontem, ſine pudore.
Ob nebulas, Nebulones
Ob tenebras, Tenebriones:
Nebulo eſt nequam, quia nequaquam agit:
Nequam, quia veluntariè nequit:
Quid nequit?
Ne quid:
Quis horum quit!
Homo ſic nequam, nequiſſimus,
Segnis, turpiter inſignis
Quia, ſegnitate ſola ſignatus,
Quia nefaria inſignitate inſignitus.

 Semiſomnis,

Semiſomnis, ſemishomo
Semiuir, ſemiuiuus.
Quid indè?
Nihil ſumus, cum Semis Sumus,
Non benè valet, qui nihil ad opus valet.
Nullam habet vitam
Qui nullum habet votum.
Piſcis Torpedo, piſces torporat
Voratque torpentes;
Sic torpidos torpor:
Dictum pulchrum
Ocium, hominis viui ſepulchrum.
Tantum
Stupidi, ſtupeſco ſtuporem
Quod, remanet mea mens
Immobilis vt mons.
Nunquam ſudat, & ſemper ſedet:
Nnnquam volans, nunquam volens:
Vario vultu
Vult quod non vult
Et quod vult, non vult
Quod idem eſt, ac cum Sapiente dicere
Prouerbiorum tertiodecimo
Vult, & non vult, Piger.
Nimis vilis, ſi ſic velis.
Quia deuorat, quidquid libat
Ideò, ſine labore labat.
Dormientis, Omnia ſunt Somnia:
Qui ſe ſopit, nihil ſapit:

Vel,

Vel, omne vitium ſapit:
Qui ſe Sopit, non ſe ſepit
Contra incurſus, tartarei Vrſi.
Queſtionem hanc non ſignas, ò molle ſegnis!
Vtrum tu dicendus
Vter, an Vter?
Ignauiæ ſigno, deciſionem ſigna
Scribe, Vtrunque.
Vter Pigrorum, Vter
Ideſt
Habent vterum, vt vtrem
Et quia ſemper talis, eorum vter
Vt moueantur ad iter
Vnicuique oportet dicere, i, ter
Ideſt, dicere, ter, i;
Iterum, quia non eſt ad Ætherem
Pigrorum iter,
Illud, non planum
Sed ſpinis acutis, experiuntur plenum
Sic à Sapiente ſcriptum, taleque iter deſcriptum
Prouerbiorum, quintodecimo
Iter Pigrorum, quaſi ſepes ſpinarum.
Pungunt ſæpè, ſpinarum ſepes
Circa eas, ſi manus, vel ſi pes.
Nullus ſapor, vbi ſopor.
Vbi languor, ibi angor
In die, is, ter, & tota nocte ſternit
Stratus ſupra ſtratum:
Non habet alium ſocium, niſi Ocium

Eius negocium, Ocium
Non verò, e contra
Eius Ocium, negocium.
Ocioſus non iacit, ſed iacet
Ocioſus, iacet, vt Occiſus.
At
Quia nunquam agit, ſemper eget
Dictum Salomonis doctum
Prouerbiorum, vigeſimo octauo
Qui ſectatur ocium, replebitur egeſtate
Nam, qui vacat, eraria vacuat,
Et qui hebet, nihil habet
Omnibus caret, qui nihil curat
Ideſt, deſunt ſubſidia, vbi deſidia:
Sine igne, ignarus
Sine corde, ſocors
Sine arte, iners
Dic, Aceo, in Ocio;
Etenim propter inertiam
Artus languent, & artes.
Et, quod inter tanta intereſt,
Vt ait Sapiens,
Ocioſus eſt deſcipiens:
Ignauus, ſemper ignarus.
Quia voluit errare
Dum noluit arare,
Nullam rem in Meſſe
Habeat iſte remiſſus,
Nemo illi debet, nemo illi dabit

Mendicabit, at non manducabit:
Ab ore Sapientis, hoc oraculum
Prouerbiorum, vigeſimo
Propter frigus, piger arare noluit,
Mendicabit ergo æſtate,
Et non dabitur illi,
Piger, non te pigeat
Intuère Formicam
Cum fert per forum micam;
Quæ micat, ferendo micam:
Viuendi formam, tibi Formica format;
Licet ſit parua
Magna pabulatur per arua;
Et iuuenis, & anus, graue portat onus
Portat, vt oportet;
Onus maius certè, quam ſit eius lacertus;
Et ne creſcat in herbam
Corrodit granum per orbem;
A' Salamone tibi
Vt doctrix data, & ductrix
Prouerbiorum ſexto
Vade ad Formicam Piger
Et conſidera vias eius
Et diſce Sapientiam;
Si iſta ſcies entia, in te erit Scientia;
Præuident enim, & prouident.
Non meis, te lenio
Sed verbis Salomonis, te lanio
Qui, Eccleſiaſtici vigeſimo ſecundo

Non

Non lapide, te lapidat lepidè
Sed ſtercore Boum
De ſtercore Boum, lapidatus eſt Piger.
Fædus, fædè fædandus,
Piger dicendus æger
Bardus, vocandus Burdo.
A' pigro nullus actus!
De pigro, eſt actum.
At
CAIETANVS noſter
Strenuus vt alter Neſtor
Homo nouus, quia nauus
Agit ex induſtria, cum induſtria
In omni luſtro, res illuſtres
Non ægrè, ſed egregiè:
Fatigat ſatim, ſuperatque Fatum.
Vt Pauper ſemper egens, vt Fortis ſemper agens
Facilè enim, præclara facinora facit,
Habens manum properam, ad omnem operam;
Facilis etiam in cliuis, facilis, non procliuis
In eo, negatio nulla negocij,
Indè, eius indago
Nunquam feſſus, indè indefeſſus:
Vndè, nullo negocio, terminat negocia.
Ego, ſemper ago.
Agit, dum vitam agit
Agit, dum agit animam.
Quid agit?
Gratias Deo Agit

Senatorem agit
Conſulem agit
Agit Sanctum.
Quidquid agit, pèragit
In omni cura, accuratus
Diligit enim diligentiam.
Quia liber, eius labor
In eo, nullus angor, nullus languor
In eo, omnis quies, nulla requies.
Non ſunt gerræ, ſemper gerit
Pronus ad omne onus;
Hoc, inter res geſtas
Quod etiam vilia geſtat
Tam aſſiduus, qod nunquam àſſidet.
Deſudat, & non diſcedit.
Si quis eum vocat, vt à labore vacet
Veras res pandit, dum reſpondet,
Etſi magnus eſt labor
Nec labo, nec labor
Robore animi, nunquam defectus
Quia in eo, nullus defectus,
Niſi defectus animæ
Ideſt
Corporis de laqueo
Cadens in deliquium.
Quotidiè extendit manus
Ad dandum egenis munus
Nouus Menus:
Ideò; nunquam immanis

(Volui dicere) immunis:
Dona, dat ſemper dena.
Quia ſic, ſe exercitat
Factus eſt homo exercitus
Plus exercitus, quam integer exercitus.
Non diſſero, ſed aſſero:
Manus, & pes, vt Apes
Habet ſemper ad opus
Ad opus, ſine ope,
Sicque cæleſtes, acquirit opes
Viri operoſi Apex.
Quarè ſic ſolicitus?
Quia natura, ipſo ſole citus.
Huccinè;
Modo, pericula facit
Modo, verba facit
Modo, rem diuinam facit
Modo, Sacra facit
Modo, iuxta Vatem, reddit Votum,
Alios magni facit
Seipſum parui facit
Facit, afficit, conficit, efficit, perficit:
Nunquam inficit, nunquam officit,
Nunquam deficit;
Facit, non arefacit
Facit, ſemperque lucrifacit
Eius tempus nec labore viduus
Nec à labore diuiduus;
Inducit Sagam, ad induendum pœnitentiæ ſagum.

En ratio, cur nunquam in ocio:
In CAIETANI verbis illa notio
Quam cupit omnis Natio:
Auidè audi, & inertiam odi.
Amans ocium, gladij amat aciem
Qui tempus perdit, ſemetipſum perdit:
Nemo ſemet perdit, niſi homo perditus;
Qui perdit diem
Perdit in illa die, Deum:
Non benè ſeruit Deo
Qui Deo, non ſeruit diù:
Qui non agit pro Deo
Actum eſt de eo:
Per Deum, agendum eſt perdiù:
Dicendum non eſt, dein
In caſto amore Dei;
Qui ſolum curat de vanis
Diſtat infinitè, à Diuinis.
Qui non viuit Deo, viuat miſer ſub diò:
Qui cogitat tantum de terra, nihil eo deterius;
Eſt deploratus
Qui Chriſtum patientem non deplorat;
Si marces, nulla merces.
Pius, horas, tranſigit, ad Aras:
Non pius, eſt impius
Et etiam impio peius:
Inſtanter, inſtat, inſtans
Memento, quod totum pendet à momento
Tempus amiſſum, ſemper amiſſum

Quia nunquam admiſſum.
Pede meo, erga Deum meo.
De tanta tua ſedulitate, hoc dicam ſedulò
Dicam (ò CAIETANE) hanc dicam
Iam indicatà, & tibi dicatà:
Tecum enim loquor, ò cæleſtis Liquor:
Dum facis, abluis aliorum feces
Dum facis, præbes errantibus faces
Dum facis, accendis ſacratos focos
Dum facis, demis vanitatum fucos
Dum facis, ablegas ignauiæ fucos
Dum Sine fuco facis
Retrahis à fuco, facientem fucos.
Agis actutum
Et reddis Orbem tutum.
Quid faciam, dum facis!
Tuam obſtupeſcam faciem,
Vbi tuus nixus, ènodas omnes nexus.
Vbi tuus nixus, èximis omnes noxas.
Dexteram das miſero, fidem dextera præbes
Et ſemper Omnipotens, dexter adeſt tibi.
Amplius, te amplio
Dum hac te gloria impleo:
Quia ad omnia aptus
ES quoque omnia adeptus.
Tuas res geſtas laudo
Illiſque, Sic applaudo:
A' tuis manibus, quodnam inclytum non emanat!
Omnis tuus actus, eſt referendus in âcta

Vt tui

Vt tui tam iugis, iugis memoria viuat.
Sanctè deuotus
Sanctorum Sancto, voluntatem deuotat
Vltra omnem famam, dans illam illi vltrò
Dumque ſic ſe deuotat
Errata omnia deuitat:
Qui enim Deo, voluntatem libat
Non labat
Tutus ab omni labe.
Spontè, pro voluntate ſpondet
Suę voluntatis, factus Sponſor
Idèo, voluntas eius, Dei Sponſa.
Ardens vt erat, CAIETANVS ſic orat:
O Æterne
Qui verbo regis Ætherem,
En mea vola
In ſignum, quod te volo
Te ſolum, ſuper Solum, & Solem:
Quia te ſolum volo
Solum ad te volo
Sine vela volo, volo velox:
Pèruolo, quia peruòlo
Quia te ſolum volo, me totum velo
Dumque te ſolum volo
Teque, tuaque inuolo:
Teque, tuaque furor
Quia ad te ſolum feror.
Iſto voto, omnia mihi veto
Opum, habeo nihilum; nec voluntatis hilum.

Dum te ſolum volo
Cuncta Mundi, eminenter volo
Nam, ſicut cuncta tueris
Sic, cuncta tu es, tu eris.
Fratres
Cum optima res ſit, dare ſua Deo
Vobis parentiam ſuadeo
Sitque veſtra parentia, omnia per entia
(Eſt CAIETANVS
Qui dicit, qui docet)
Et veſtras mentes arguo, talibus argumentis,
Auete
Meliora ſunt à voto;
Qui ſe Deo vouet, diu viuit
Qui votum emittit, innocentiam non amittit
Si votum nunquam omittit;
Qui voluntatem abdicit, illum Deus abducit
Ad Deum ſe adducit, qui illi ſe addicit
Si cupis bona tempora, Deo abtempera
Qui Deo obtemperat, totam vitam temperat
Qui ſoli Deo paret, nunquam perit
Qui ſoli Deo paret, Angelus apparet
Angeli pinguntur alati
Quia ad parendum parati
Verbis qui paret Dei, quodammodo fit par ei.
Deus mandat, & exequentem mundat
Deus monet, & exequentem munit
Deus monet, & in exequente manet
Deus iubet, & ecce in exequente iubar

Deus

Deus præcipit, & exequens nunquam præcipitat
Deus iniungit
Et oleo confirmationis inungit:
Procul errata, à voluntate parata
Ad Dei imperata.
Quod ſuadere tentat
Opere CAIETANVS oſtentat:
Nam ſtatim, ac Deum audit
Deo audit:
Dei verba ad CAIETANI aures
Non ad fugientes auras:
Dumque audit, gaudet
Gaudet, & audet.
Iuxta ſtatum, ſtatuta implet ſtatim
Statuta tuta,
Semper in tali ſtatu, ſtatus:
Quia nunquam oblitus, voluntatis oblatæ
Volontatis oblatæ, nunquam ablatæ:
Statim ac oblatus
(Vt dixi) Vnguento ſacro oblitus:
Vndè, in omni vnda
In omni lucu, in omni loco
In omnibus angulis, cum omnibus vngulis
Amplè, mandata implet:
Hoc notum
Ipſum parère Deo, ad ſolum nutum:
Ad nutum adnitor,
Quia
Serius Seruus.

Igitur

Igitur, Deum, obſequendo ſequitur
Et ſequendo obſequitur
Cum omnia, ex æquo exequitur.
Eueſtigio, Dei veſtigia veſtigat
Tam firmo vultu
Quud nihil aliud vult, niſi quod Deus vult,
Semper vniformis, & Deiformis
Immò non vult, niſi quod Deus vult, eum velle.
Ait
Quia ſine exceptione, verba Verbi excipio
Ob id, omnia obaudio
Obaudio, & obedio:
Obedio in anguſtia ædium
Obedio Deo, ſub dio.
Quidquid Deus præbet, CAIETANVS probat
Vel panis, vel pœna
Vel dolôr, vel dolus
Vel durum, vel dirum
Vel flabile, vel flebile
Vel felicia, vel fallacia
Vel fortuna, vel infortunium
Vel firmitas, vel infirmitas
Vel caſus, vel occaſus
Vel lutum, vel læta, vel læthum;
Silete
Si Deus mandat, non mandit.
Se demittit, dum voluntatem dimittit,
Dum ſe dimittit, nihil amittit
Si nihil omittit.

Tota

Tota In Vita, nihil facit Inuitè:
Vocanti Deo, ſe tam promptè deſert
Quod nec momentum differt
Deo ſe offert, & Deus illum effert
Deo ſeruit, & Deus eum ſeruat:
Dum paret, Deo filios parit:
Dum paret, gloriam ſibi parat
Et gloria parta, manet in gloriæ portu,
O' GAIETANE, euge
Tuam libertatem auge:
Libertatem dona, eritque libertas dena;
Tu plus liber, quo minus liber
Quæris, quare?
Quia tuam libertatem
A' tua ſeruitute liberaſti:
Si libertatem liberaſti, remanes ergo liber.
Quia veritati adiaceo
Argumenta adijcio
Tu liber, quia libertatis tuę ſic liberalis:
Quia ſic liberalis
Animam liber alis
Si cœleſti cibo animam alis liber
Ergo tu verè liber:
Ergo es liber, quia ſic liberalis.
Adhuc non labor: Tu liber
Quia tuæ libertatis ſic liberalis,
Volucer, certè liber
Si leuibus alis liber
Tu corporis pede liber

Et

Et animæ liber alis
Liber ergo tu, quia ſic liberalis.
Cur tantus in probatione labor!
Tu, ſine libertate liber
Quia, nullus tuus actus, Coactus
Agis enim quia vis
Non quia te cogat, extranea vis
Ideſt, per vim non agis:
Agè, agè,
Quantum Valet
Eius voluntas Volat
In altum tendens, dum ad Altiſſimum tendit,
Si aliud, ratio petit
En, alia ratio patet:
Seruus Dei, liber
Talis ſeruitus, ipſiſſima libertas;
Tu Seruus, ſeruis Deo
Sicque amplè imples
Promiſſa, voto præmiſſa
Et quia mero, famularis amore
Nec propter famem, Famulus,
Nec propter famam, & fumum
Ideò latus, tuus famulatus:
Seruitus ergo tua, vera libertas;
Tu ergo ſeruus liber
Edictum, à quodam Docto, eductum;
Indubitata Res, quod ſeruus Dei Rex,
Vbique gentium te duc
Vbique gentium dic

Quod peribeo, etiam perhabeo.
Non ſerò, aſſero
Te parentem Chriſto
Factum Parentem Chriſti:
Quinam Parens, ò parens?
Et Frater, & Soror, & Mater:
Sic, clarè, ſententia Chriſti declarat
Matthæi duodecimo
Quicunque fecerit voluntatem Patris mei
Qui in Cælis eſt
Et meus Frater, & Soror, & Mater eſt;
Completum à CAJETANO, quod à Dàuide
Tuam voluntatem, à Deo non Dìuide.
Quia velle tuum, eſt velle Dei,
Ideò & velle Dei, eſt velle tuum:
Tam tuum velle Dei, quam ſuum;
Ideſt
Omne aliud abiectum;
Hoc, vnicum tuę voluntatis obiectum.
Abditis, addo;
Tam Dei, velle tuum, quam tuum
Immò plus ſuum, quam tuum
Nam noſcis, ſi non hebes,
Quod velle, & nolle, à ſolo Deo habes:
Quid enim habes, quod non accepiſti?
Eſt, quidquid Deus vult:
(Vt ſignat inter ſidera, Argo)
Erit, quidquid volueris ergo:
Ratio patet; oratio petit;

Vis quod Deus vult, & Deus quod vis;
In velle autem Dei, eſt omnis vis.
Ita Dei velle, incluſum in tuo velle
Quod videntur ambo, vnum, idemque velle.
Quid Deus vult? quid ò CAIETANE vis?
Deus non vult mortem peccatoris
Nec tu, vt habetur ex verbo tui oris:
Nam ideò, adeò
Tuis dictis doctis
Reos omnes impetis
Quod culpas illorum amputas
Quas quiſque ſibi, & valdè dolens, imputat.
Orá, tuo ore;
Vix, tua Vox,
Etiam extra Aras
Exoratus eris.
Sententia multum nota
Illius Cæci nati
Qui in ictu iaculi
Aperuit Chriſtus oculos,
Et ſtatim, ac aperuit,
Illi, Mundus apparuit;
Illicò, ille, illic
Illicò, illàc, illuc
Et ſine duce vadens
Et clara luce videns,
Ioannis nono dicens:
Qui voluntatem Dei facit
Hunc exaudit.

Quia

Quia tali voto, ò CAIETANE ligatus
In toto Orbe tu, Dei Legatus.
Multa adduco, ſed nihil dico;
Nam velle, de tuo loqui velle
Eſt hominum omnes, vellere velle mentes,
Vel velle Terræ, enumerare montes,
Vel aquas ſine velis, vellicare velle
Vel ſine Medea, velle
Rapere aureum Vellus.
Obſerua:
Te enim, dum video Seruum
Velle affirmare quod liber,
Non ſufficit vnus labor, nec vnus liber,
Nec ( vt dixit ille )
Centum ſupra bis mille.
Magnum ſit ergo Volumen
Silentij muti mei, religioſum Velamen.
Inter miros CAIETANI mores
Miror, admodum mirè
Quod ſine mora
Oratione mera
Sigulis diebus, iunctis manibus
Manè, requiem ſupplicat Manibus;
Et ſic interdum, totum manè manet.
Quotidiè mente, ad Purgatorium pergit:
Quotidiè Purgatorium, ſacrificando purgat.
Iuſtus
Iuxta iuſtum
Quotidiè ( vt dixi ) iſta perſoluit iuſta

vocans immanes, qui derelinqunt Manes;
E contra humanos
Qui adiuuant piè Manes.
Exequitur Exequias:
Leuat, & lauat Manes:
Et vt dicam, quod minus;
Paruum, pro illis, reputat omne munus.
Humum emit
Ibiquè humandos humat:
Poſtea, verus homo
Sacrę orationis hamo
Eximit ex humo
Amatos Humatos:
Ideſt,
Animabus Purgatorij, adeſt;
Quas ſæpiſſimè exhumat
Ex humi illo, profundiſſimo imo:
De imo profundo
Qualibet hora pſallens, De profundis
Sicque ante Deum, qui punit,
Quæ pœnat, animam ponit.
Orat, iterumque ad orationem redit
Et maculas Manium, ore ſacrato radit.
Fletu iuſtitiam flectit:
Fletu impuros lauat
Et inter puros leuat.
Ieiunio, pro illis ſoluit
Illoſque ſanctè ſaluat;
Ideſt, portat intra ſolutis portas,

In ipſo gloriæ portu.
Dum celebrat funus
Strictas diſſoluit funes,
Illos dimittens demiſſos
Plenè, & planè
Solutos, pariterque ſolatos.
Requiem illis petit, & requies illis patet,
Vnumquemque exaltat
Et ex alto, vnuſquiſque exultat,
Si audit, hic eſſe oſſa
Tam deuotè riget
Quod vix, ſe tutè regit,
Poſtea humum illam, acerbo planctu rigat
Proque humatis rogat.
Anima in igne ruit
Et CAIETANVS eruit:
Culpa Cælum operit
Et CAIETANVS aperit,
Etenim dum opera pèragit, auxilia porrigit.
Agè, quid agis?
Dum te tam durè, dum te cruentas, tam dirè?
Sanguine de tergo
Purgantium ſordes detergo,
Et voce flagelli rogo, ne ardeant in rogo.
Si non humo, non ſum homo.
Dum pro defunctis dolet, pœnas illorum delet
Pœnam, mutat in panem,
Luctum, in lac,
Culpabile malum, in redolentia mala,
Cœnum,

Cœnum, in cænam
Fumum, in famam
Carbonem, in carum bonum
Et gloriam ipſam, in gloriam ipſam:
Tantum ſuffragijs vrget
Quod ſuffragatus ſurgit:
Vndè, qui in Purgatorio ſe rodit
Citò, in Paradiſo ridet.
Quia Mortuorum Funus
Præcipuus CAIETANI finis
Ideò, cura omni, curat
Vt hanc curam, habeat quiſque caram
Maximè ille, qui tali cura caret.
Sic ergo verba promit
Sic audientes præmit.
Ferè, ferox
Seù Fera alia, qui negligit feralia:
Non amat, qui non humat
Nec amat Parentes
Qui Parentalibus Vmbris, non Parentat.
Haſtas vinces & Hoſtes
Si cadaueribus aſtas:
Irati, auertis iram
Si manes apud Manes:
Totum teipſum munis, ſi apud Manes manes
Rectè teipſum mones, ſi manes apud Manes
Tutus vbique manes, si manes apud Manes
Sancti quid non manas, ſi manes apud Manes!
Multum ſeipſum polit, qui defunctos ſepelit

Qui

Qui mortuum terrę mandat, peruenuſtè ſe mundat
Reddit ſe pulchrum, qui ſtat iuxta ſepulchrum;
Ætatis, non tam citò, cadit illi Ver
Qui tumulat cadauer:
Terque beatus, quaterque
Qui pro defunctis ſtat; qui pro defunctis flet,
Flete;
Nam planctus noſtri imbres
Refrigerant illas Vmbras.
Non amplius oro, ſed peroro.
Multa ſibi fènerat, qui ſæpè ſæpius fùnerat;
Nam præter bona bina
Immò centena, quę numeraui benè;
Anima, quam ſufragaſtis Hoſtia
Grata, perſoluit grates:
Grataque ſic Hoſtit
Quod veſtros, frænat Hoſtes
Et pandit, cœli Oſtium
Remouendo, quod obſtat.
Semper enim penſant
Suum conficere penſum
Et recumpenſando
Beneficium, beneficio penſare.
Pro Manibus
Porrigant veſtrę manus, auri puri minas.
Igitur, vos rogo, vos ſubrogo
Vos erigo
Pro defunctis, rogate, erogate:
Hoc præcipuè, vobis præcipio.

Omnibus

Omnibus in Phanis
Sic ſando
Ità Suauè dicit, ita ſuauè docet
Quod omnibus, prædicta ſuadet:
Et ita ſuadet
Quod, vnuſquiſque defunctis, libenter ſua dat.
Si legit, ſi luget
Si eget, si agit
Si ſeipſum vrit, si corde & ore orat
Si fert, si affert
Si offert, si confert, si ſuffert, si effert
Cuncta, defunctis vouet
Totus, defunctis viuit:
Totus lætus, & quia defunctus, lotus
Et etiam pro officio
Prò Defuncto, non perfunctoriè perfuncto.
O' CAIETANE
Ita, cum viuis, & defunctis, tua vita
Quod per omnes horas
Dum oras ante Aras
Illis deuotè placas, cæleſtes iras.
Sic CAIETANVS vixit, ſic ſe ad mortem vexit:
Nec eum vnquam, vlla Vexatio Vexat:
Nam nunc; non ægrè
Sed valdè egregiè egret:
corpore, quo plus infirmus
Animo plus firmus;
Vndè, licet debilis
Et ſe, & Vniuerſum debellat.

Ex

Ex aduerſo
Aduerſus Aduerſarium aduerſat
(Vt tabulæ, & aduerſaria oſtendunt)
Et licet ſtratus, ſuper paleæ ſtratum
Miſerè eum ſternit
Illi Plagiario, mille impoſitis plagis
Non aduerſis, ſed auerſis:
Nam, nunquam eum adòritur, niſi cum adòrea;
Diabolus ſe rodit, & CAIETANVS ridet.
Quamuis dolor ingens
Et nimis eum angens
Tamen, nec planctu genas rigat
Nec pro leuamine rogat:
Sed fermè, in iſta forma
Loquitur Aſtantibus
In illo inſtanti, inſtantibus,
Sunt, quæ nunc patior, talia
Quod ſine dubio, dicenda ſunt mortalia:
Meo, colligitur ex pulſu
Quod à corpore, citò, erit anima expulſa:
Mortalis es ò homo, quia mortem alis.
Si ergo ego talis
Cur aliò, vertam talos!
Quo plus paſſibilis
Plus mihi, tolerantia poſſibilis
Et quia nihil puto, melius eſſe quam pati
Ideò, à Deo
Peto quotidiè, pati
Et omnia Pati entia, vt reſonat Patientia.

Vbi morbus laniat,
Patientia, cæleſti eius potentia
Linit, & lenit:
Sola, miſellos ſolatur:
Dolorem immitem, mutat in mitem
Armat, inermem.
Aureas nectit torques
Dum rigor, amarè torquet,
Igitur
Qui fortiter fert febrem
Se facit, Patientię fabrum.
Quis poteſt tolerantiam tollere!
In eo, qui me confortat, in Deo
Omnia, poſſumus omnes,
Licet nimis varium
Quod ſpectat ad opus virium,
Licet noſter ſexus
Non ſit de duro ſaxo,
Licet corpora noſtra, viſa
Lutea verè vaſa:
Ego, Vos, luteum Vas.
In ægritudine ſinite, querelarum ſonitus
Si animi deeſt robur, adſit rubor.
Vir ſimplex, & rectus
Viuit in contractione erectus
Etſi iterabile, quod terribile.
Iterum, itero
Dolor angit, patientia vngit
Ideò, æger immotus, etſi morbus immitis

Patientem enim apprimit, non verò opprimit;
Vndè, aut ſilet, aut præ gaudio ſalit,
Et ſi parum mutit
Firmitatem non mutat.
Dolores non ſentio
Quia in me, leges ſacratas ſancio:
Dum horrenda non horreo
Congrego in ſacro horreo.
Ægrotorum mihi, leuo leuamen
Reſpuens in lecto lanam, reſpuens linum;
Sit meus lectus cinis, ſit cœnum:
Mollis mihi lectus
Dum ſtat in Cruce Dilectus!
Cum lacte, in lecto
Dum, cum entium luctu,
Et cum felle, Dilectus!
Fuit à me lectus, ſemper neglectus.
Mihi qui palleo, ſit lectus, leuis palea:
Viribus magnis polleo, dum mihi lectus palea:
Animam meam polio, dum mihi lectus palea.
Stratus ſuper paleas, haſtas vibro Peleas
Contra vſtos Hoſtes
Qui ſemper informes
Tentant vorare infirmos:
Stratus ſuper paleam, vocatus ſum ad pileum.
Dum iaceo in tali lecto, animam meam lacto:
Quia talis lectus elector
En, quam firmè eluctor
Omnis compos Voti

Tendit ad Finem Vitæ:
Incumbit, vt Sanctè occumbat,
Lætus, currens ad Læthum
Lætus, ad gloriæ litus
Lætus, ad Chriſti latus.
Quaſi inuictus Mars
Non territat illum Mors
Nihil omnia ducens, fortiter ſic dicens.
Omnes per actus
Vixi, vita peracta:
Omnem credidi diem
Mihi diluxiſſe ſupremum.
Mori timet; qui tumet
Mori fugit, qui ſe in voluptate figit,
Fugit, ſed non effugit.
Non dubito, de iſto debito:
In veritate mera
Semper didici mori,
Oſtendit enim mihi rationis lumen
Quod noſtræ initium mortis, eſt Vitæ limen.
In ſingulas horas dixi
Non amplius viuo, Vixi:
O' vera Vox
Vix, Vixi.
Morior in horas, etiam ad Aras
Prouerbium omnium Vrbium
(Nota nate, hanc notam)
Quidquid natum moritur
Quidquid moritur natum,

Qui

Qui mortem non metuit
Vitam ſibi mutuat
Mors eſt Sapor, quia dulcis Sopor.
Ad egreſſum, æger ſolicitat greſſum
Dum ſperat meliorem ingreſſum:
Ad mortem ſe aptat, qui vitam cælitem optat,
Mortis amat iter, ſi illi eſt meta; Æther.
Moras rumpe, & Muros
Et exiens de hac vita, eius clades euita:
Quantas triſtes Clades
O' Vita amara Cludis!
Tota tu inquinata
Propter iniquitatem in qua nata
Certè certa
Certè incerta
Et certè; ſemper certas.
Vndique offert nexum, vndique affert noxam
Semper ſub ſecure, nunquam ſecura.
Miſerias effundit, miſerijs offendit
Nonnè dumus, per omnes domus!
Vita inſtat, ſed non aſtat
Vita iſta, mortis haſta
Mortis ſchola Mortis ſcala:
Si non inſanio
Cum ſanie, etiam in ſenio:
Tota dura, & dira
Tota Flebilis, & flabilis
Tota fumus, & fimus
Infeſta, in faſtu

In amore,

In amore, amara
In omni cura, obſcura
Ægra, etiam in agro
Iniqua, etiam in aqua:
Quid plura? plora
Nam per itinera breuia
Ducit ad Mortis bràuium:
Nonnè, te diù, trahit per tædia!
Oportet ire, & nunquam redire:
Morimur omnes, dilabimurque vt amnes.
Vitam hanc eme, & ama, Morſque te metet ama.
Cur moribundus dolet
Si Mors miſerias delet?
Cur non cupit abire
Si ſperat bona habere!
Cur pauor, ſi Mors fauor!
Timor ceſſat, vbi mori eſt neceſſe
Dic; ſine dubio, mori debeo:
Adeò, ſtatuta à Deo
Sua cuique dies,
Vt præterea, non poſſit præteriri:
Illa tranſacta die, non viues diù,
Nec plus, nec amplius:
Ad hanc metam, tendit humanus motus
Et quia nullus ſiſtere
Nec vi, poteſt ſubſiſtere
Velis, nolis
Per viam eandem, eſt eundum:
Nullus ſtatus ſtat

Contra

Contra ſtatuta iſta
Non datur in viæ ſtatu, ſtatarius homo;
Igitur, toto tuo ſtudio
Tibi non prolungabis ſtadia
Talibus Mortalibus
Hæc vna lux, hæc vna lex:
Par Mortis imperium, & ſi imparium.
Benè prouiſo, nunquam Mors improuiſa.
Hem, vltimam ergo diem
Ex pacto, vnuſquiſque expectet:
Vita vſurus, ſed ſine vſura:
Reddere non metuat, vitam qui mutuat,
Nam quod naturæ debes, neceſſariò dabis;
Hoc, tali firmatum pignore
Quod nunquam admittantur pignora.
Tu Mors, noſtrum caducum corpus
Tu immortalem, animam noſtram carpis:
Nec contra te, vlla iuuentus iuuat
Nec valetudo valet.
Mors præcidit telam
Simulque iacit telum:
Præcidit, & inrerdum procedit
Ideſt, præcidit
Dum gracili hibiſco, fiſellam texis:
Dico, præcidit, & nullum ſignum præcedit:
Præcidit, tu ſcis
Etiam anhela tuſſis:
Sicut Mors nunquam abeſt
Sic etiam, nunquam obeſt:

Nam

Nam moritur male ſolus
Qui cludit, in corde ſcelus
Dum diſcedit à Solo;
Vnde, dicere poſſumus
Moriens in culpa, Peſſimus;
Etenim illum, ſuum finale crimen
Ponit in æternum diſcrimen.
Per varias opiniones non Vagor
Ad fortiter moriendum, ſufficit animi Vigor;
Prius, vt video, obtenta vi à Deo:
Superat enim omnia, recurrens ad Superos.
Eia
Illi, qui rationis eſt compos
Mors eſt patientiæ campus;
Etiam Paluſtri, gloriæ paleſtra;
Non Mirto, coronetur in Morte
Sed lauro, & auro.
Inter alia, auctore Elio
Mors tibi, tuba
Hanc felicitatem fert vnam
Quod tibi omninò demit, lubricam fortunam:
Sicque totus, ibis tutus:
Non amplius incedes, truces per cædes:
Non amplius incertas, incedes per ſortes:
Non amplius incedes, periculoſas per Syrtes.
Quia nullus in me metus
Ideò, non ſum mutus:
Quod accidit Semel, Docti dicunt Simul
Omni cura, eſſe curandum

Vt ſine

Vt ſine horrore accidat, ſine errore;
A tali enim egreſſu, non datur regreſſus.
Clarum, Hanc item rem
Non admittere, iterum:
Errat, qui Mortem horret.
Etſi ad mortis portas, adſint dolores partus
CAIETANVS non dolet
Sed admodum benè olet;
In Dei amore merſus
Mortis non timet morſus
Interritus in interitu.
Intereo; & quia nihil intereſt
An ſub humo; vel in ſublimi, marceſcat homo
In terra, non in turri, ſepeliar.
Pulchrum, non curo ſepulchrum
Terra, in terra maneat
Terra, terram muniat
Humus humet humum
Ego extra terram, in terra non exter!
Ego terrenus, terreus, terreſtris, terrigena,
Terra!
Terra igitur, ſepeliatur in terra:
Terra non me terit, terra non me terret
Nec terret, nec torret.
Mihi feſſo, ſit ſepulchrum foſſa
In humi imo defoſſa:
Sine tumultu, ibi me tumulate;
Sine ſonu
Sine faſtu, ſine feſta:

O Mihi

Mihi ſeno, nullum ſunus:
A' nulla mente lamenta:
Nullus me Murmur
Nullus me efferat Marmor;
Hanc enim famam, leuem exiſtimo fumum
Nam, vti res vana, celeriter euaneſcit:
Sit mea vobis præſcriptio
Super me, nulla ſcribatur inſcriptio
Nulla notabilis nota,
Nullum inſigne ſignum:
Non ſum natus nominatus,
Hoc mihi omen
Quod nunquam, habebo nomen;
Nec gnotus, meis gnatis,
In me, nulla illorum agnitio, ac ſi nulla agnatio;
Non curo nomen, ſed Numen:
Ni Deo, Nideo.
Nunc, meus mæror, quia nimis moror:
Dum moror
Molior, quod mihi melior;
Dum moratur, magna meretur
Maiora meretur, dum moritur,
Meus pulſus
Meæ vitæ, vltimas horas pulſat;
Abeo,
Et (heu) nihil boni habeo
Et ſi aliquid habeo, habeo ab eo
Pro cuius amore obeo:
Non ægrè, egredior

Immò

Immò, libenter pereo
Quia naturæ pareo
Ob id, obedio:
Non perit
Sed Deum, ex toto corde, perit;
Ob id, obit.
Sacrum ſumit Victum, iſte inuictus Victor
Et Deus factus Vector
Vehit eum, & euehit!
Ideſt, ſancta ſe communione communit.
Sacramento alio, nempè Sacro Oleo
Linitus, & lenitus
Sacram mentem alit, animamque halat.
Dum perit, gloriam ſibi parat
Dum perit, gloriam ſibi parit.
In hora ſui obitus
Virtutum omnium, promit ſanctos habitus
Pſalmos dicit omnes, pariterque hymnos:
Nihil Sancti omittit, dum animam emittit:
Dum animam emittit, nihil amittit
Immò, cæleſtibus in portis, ſe immittit.
Illi non obuiam Mors, ſed obuius ille morti
Ideò, non obiter, occurrit illi obitus
Ipſe incedit, occedit, accedit
Peritus, paratus.
O' dulcis caſus, non ad occaſum
Occaſo:
O' dulcis caſus, Orientem verſus occaſo:
En rutilus Orion: non occaſo, ſed orior

Quia dum occaſo
Peccata mea accuſo:
Innocuus, innoxius, innocens
Culpas deplorat, pietatemque implorat
Amans, ſic exclamans
Mi Ieſu, eſto mihi Ieſus
Tu ſolus, mea ſalus
Mihi miſero, miſerere
Parce, ſed non parcè:
Magna, mihi debetur multa
Quia peccaui multum,
Rex mitis, remitte:
Pènitus, me peccaſſe pænitet:
Ad te veniam, ſed prius dà veniam:
Spero tuę pietatis munus
Dum me in tuas manus
Non amplius cum menda, commendo
Simulque te commendo.
Virgo clemens, Virgo pia
Mea piacula pia:
Me intuere, me tuere:
In inſtanti iſto, auxiliatrix eſto:
Pro me rogando nunc, æternum Patrem
Meam, te monſtra eſſe Matrem.
Angele mi Cuſtos
Suſcipe voluntates Caſtas,
Te totum diffunde
Me totum defende;
In hac hora, pro me ora,

Hac aqua benedicta
Deleantur mea delicta.
Tandem
Fixus in Crucifixo
Flans, & flens
Ita ( ait ) ò Vita
Me amas, me emis!
Cur, mi Cor
Tanta de me cura
Cura tam cara?
Quam me amaſti benè
Ieſu bone!
Quam vero abundè
Oſtendunt hæ ſanguinis Vndæ:
Tu in meo Corde, totius amoris Cardo:
Chriſti ( vt cupit ) oſculatur caput
Lætus, oſculatur Latus:
Dumque iuxta pactum
Illum ſe ſtringit ad pectus,
Vltima illa vice
Emiſſa hac clara voce
Domine, ſerua tuum ſeruum
Me venire ſine, in tuo ſinu
Magno animo, efflauit animam.
Ita fuit ſanè, efflauit in Chriſti ſinu
Nam ſtatim ( iuxta Sanctorum ſtatum)
Ac, in Crucifixi amplexu
Dulciter implèxus
Sicuti ſperauit, expirauit.

In carne lix, in corde lex, in vultu lux.
Expirauit, an ſuſpirauit?
Etſi Moriens,
Potius Mirabundus, quam moribundus.
Igitur
Non obijt, ſed abijt:
Deum acquirit, ac quærit:
Dum Deo ſe ſentit nectere
Dulci potatur nectare,
Ad Dei nictum
Beatitatem, in illa nocte nactus:
Ridet, quia in Paradiſum, & ſine rheda redit
Nempè
Quia non amplius per Vrbem, redit in orbem,
Super Ætherem, iam victurus æternè.
Dum decèdit, lites gentis Neapolitanę decìdit.
Populum populantē, populatim deducens ad populationē.
O' lætum Athletam
Tu nunc, ſine luctu
Nunc, ſine vlla lucta:
Super aſtra, veſtitus oſtro
Sit ſidus, tibi ſedes.
Deum adora: Deo adhære: Deum odora;
Dum tantus tibi odos, tu cane illi odas:
Per illos ambulans hortos
Exerce amandi artes
Colligeque Roſas, Paradiſi riſus:
Inter caros, Beatorum Choros
Ne hac dulcedine careas

Sacras

Sacras duc choreas:
Nam viribus totis, & virtutibus tutis
Palam, ad æthereum polum
Ante Dei Arcam, fœderis Arcum, tutaminis Arcem
Non vero clam per ſaltus
Regius Pſaltes
Non velatus, ſed reuolutus
Saltabat
Licet Michol eum, tacitè inſultabat,
Salta, ſaltuatim ſaltem:
Salta, Deique laudes ſalta:
Semper tamen cernuus, Deum tuum cerne:
Omnia in Cœlo verna
Tu ibi nunquam Verna,
Nam iuxta datas regulas
Tu in empireo Regulus.
O' bellè,
Modo, tu totus bellus
Quia non amplius bulla:
Modo, tu totus bellus
Nam, vides omnia bella:
Modo, tu totus bellus
Quia tutus ab omni bello:
Omnia tecum planè, ſyncera pace plena,
Aue, mitis Auis
Nunc ſine nodo, vti in nido
In Chriſti ſinu
Dulciſſimo in aure ſonu
Beatus qui es, in ſempiternum quieſce:

In illo

In illo ſinu ſanè
Tua caro, tua oſſa; tu, tuumque eſſe,
Aue, placida Ouis
Sonet tibi, omnis tuba
Inter cælites, cum omni pompa, oua;
Inter Beatos, Trabeatus.
Aue, rediuiua Phænix
Viue, in æternum felix.
Aue, & cum Eua viue
Viue cum Sanctis Auis
Viue per æuum.
Dico tibi, Aue
Diſtas, diſtabiſque ſemper à væ
Optimè ſcitur
Quod tu perfectè ſatur
Dicta à Scitis, Expleta tua ſitis,
Nam ſemper bibendo, bibis ſemper ſatis;
Sine nauſea potio,
Sed potius
Quo plus pota (vt ego puto) potior.
Extemplò
Tibi ædificentur Templa;
Dicendi leges non altero
Alterum, alternatim, & alterum
Altum, tibi erigatur Altare:
Aureæ tibi ſtatuantur ſtatuæ
Dum Decimus Clemens
Terque, quaterque clemens
Clamans

Te San-

Te Sanctum vocat, qui Sancto Orbi vacat:
Repleta tunc, vt audio
Tota Italia, gaudio,
Veliuoli & feri
Exultatione Iberi,
Lætitia, etiam Lutetia.
Ohò
Quid Viator miras
Dum oras, ad CAIETANI aras?
Miro mira
Mirum in modum miranda;
Nimirum, miracula mera.
Quot?
Myriades:
Pluſque demiror, quo plus demoror,
Etiam defoſſus, non defeſſus!
O' mirabunde, quid mirius!
Facta non ficta audi
Digna æterna laude
Quę in vtraque Vita, ſemper cum face fecit:
Ideſt
Præclarè, æquè, & clarè.
Diuinus, diuinat
Pręſagus Mantes, præſcit Mentes,
Portenta portendit,
Illi nota, ad ſolum nutum
Sacrata Secreta:
Dico
Apertum illi, opertum:

 Hic

Hic Patriarcha, arcanorum Arca,
Effectus producit, vt verè prædicit:
Nam ſtatim, ad naturalem ſtatum
Ægrum reducit in agro,
Die ſtatuta, vt ſtatuit;
Hocque, ſine momenti mora
Vt omnia clamant ora.
In Cœlo dum ſedet, diſſidia in terra ſedat
Ab eo ſedatio, vbi erat ſeditio,
Hoc in illa Parthenope
In nulla parte inope,
Sanè, ſanat ſaniem
Inſanos, reddit ſanos
Illos ab ira, illicò faciens abire.
Signo Crucis ſolidè, crura debilia ſolidat,
Cuiuſdam Pes, totus erat Pus
(Vide rem in vado)
Noſter totus Purus, purgat illius Purem.
Etſi doctus, tamen mæſtitia ductus
Vnus factus alter
Abijciens ſpem omnem
Transfert ſe ad amnem
Vt inde, ſe proiciat in vnda:
Per Rupem, peruenit ad Ripam,
Ibi, ait: Eia:
En, fluminis Margo:
En, me mergo:
Statim ſentit merſus
Piæ conſcientiæ morſus

Vnde

Vnde clamat in vnda
Me THIENÆE, tene:
Prolata vix, hæc vox
Quod, qui ſe ſubmergit, emergit;
Argenteum votum ſpondet
Ideò ad amnis ſpondam
Saluus, lætuſque natat,
Et CAIETANVS nitet.
Militem torquet tam malè, ſiniſtra mala
Quod, nec edit, nec aliquem virum adit
Nec audit, nec aliquid tangere audet;
Inter dolores tam malos
Canit iſte miles, CAIETANO melos
Cui, ſine magna mole
Ægram ſanat molam.
Ab eo timorem pellit
Qui ſæpè ſæpius pallet
Ab inflato, tumorem
A' mærente, mærorem:
Dolores delet:
Febricitantem febriat:
Format informem:
Firmat infirmum:
Frænat Freneſim,
Valida reddunt latera
CAIETANI literæ:
Per Dominum Chriſtum
Quidquid CAIETANVS tetigit, eſt Panchreſtum.
O' CAIETANE lumen, tu ſpei noſtræ limen

Tu gentium omnium columen
Facti per te, ægroti mille, columes,
Quid ſcribo! quid ago!
CAIETANI imago
In illorum camera
Agonizantibus, Diacacameron,
Illam fugans mortem
Quam ſemper Vita vitat
Sed ſemper, non euitat.
Ex alto, quidam, in fœdo lutu ruit
Nec lutus illum obruit,
Nam ſtatim eum leuat
Et CAIETANVS lauat:
Ideſt
Sacrata læua, leuat
Inſuperque læuat.
Inuocat IESVM Chriſtum
Et pellit à pelle cruſtam,
Pellit mirè cruſtulam;
Datque benignè cruſtulum;
Sicque, ex ſcabie, non amplius excubiæ.
Præceps Lucius cadit
Dum per rupes repit,
Nec ſibi caput rupit
Nec Sanguinis guttam cudit:
Quia ad CAIETANVM vadit, pericula euadit:
Tactus à Sancti Vola
Vel ſaltem à Sancti Velo,
Nonnè optimè vales

O' vulne-

O' vulnerate Veles!
Tollens iacturas, reparat iuncturas,
Vires effætas, renouat affatu,
Adimit ab aure ſordes
Et facit audire Surdos,
Miſeris reddit Orbis, vagos oculorum orbes
Qui ſtatim dum vadunt,
Orbem terrarum vident
Cæleſtes Orbes, orbitamque tritam.
Valetudinaria (vale tu denarium)
Bona valetudine replet
Vultque pro precio, ad laudem Dei, precem.
CAIETANO Citharædus ſonat,
Et CAIETANVS illum, à lippitudine ſanat,
Quaſi ſe conclamatum
Iuuenis ille, ſic clamat:
Dic, ò modice Medice
Quid mihi, tua medicamina iuuant
Si interea
Inter ea, intereo!
Nunc mea multum intereſt;
Quia conualeſcere nequeo
Medio, tuo remedio;
Vt volo, tibi dico, vale:
Ille non me ſinat, qui inuocatus ſanat
Qui ſemper, ſtatimque curat
Vbi ars, ope, vbi natura caret,
Vt eget, ſic agit:
CAIETANO ſe Vouet, & CAIETANO, Viuit.

Sicarij

Sicarij feri Decem
Contra vnum ducem, inclytum Dacem
Equitantem per camporum glebas
Explodunt ex ſclopis, igneos plumbi globos
Fulminis terriſoni, in malum morem
Et modum horrendè mirum:
Sed remanet quiſque illuſus
Dum fugit ille illæſus;
Hoc, CAIETANI gratia,
Vt clamat, Magna Græcia.
Altus ruit paries
Et Prægnans audit, Paries;
Nec Partus, quem parit
Nec Pariens ipſa, perit.
Claudius, qui olim Claudus
Nunc ad CAIETANVM itat?
Ita,
Caſu, cadit Caſa,
Nec vnus ad Occaſum;
Omnes intacti, in ruinâ tecti
Vtpotè, à CAIETANO protecti;
Tecti, & protecti,
Illis, CAIETANVS, pro tecto.
Magnum, plenumque Dòlium
Virum præmit alium;
Mortaliter præmit, mirè non opprimit;
Immò, àpprimè,
Ab illo, ſub Dòlio
Non auditur Dòleo

Sed

Sed à CAIETANO, dolorem Dèleo.
Vadans quidam Padum
Errat ponendo Pedem,
Vndè, cadit in Vnda:
Non natat, vt notat,
Sed quaſi pàlea innatat
Graui non obſtante pondere
Factum, deſcribendum à Pindaro.
Dum Nautæ, nauigant Pèlagum
Dicentes læti Apòlogum
Nimbus, & diù
Inuoluit in ſe diem:
Grando eſt Grandis,
Procella aquas procellat
Non amplius veraces, ſed voraces:
Interim
Et à terra, & procul à turri
In Mari Hybernico
Volat Liburnica,
Per imbres volat, per vmbras:
Turbo ſic turbat Turbam
Quod videns inter ſcòpulos
Non poſſe tutari ſcàpulas
Magno clamore, omnis perſona pèrſonat:
Nunquam ſub Màrſia
Talis ſubmerſio:
Tamen
Sperat tutamen:
Ideſt

Saluam

Saluam ſe putat
Si gratiam, à CAIETANO petit;
Petit, & vt putat
Sanctus contra Velum
Extendit ſacram Volam;
Sicque, deturbans turbinem,
Et ceſſat ligni error,
Et Turbæ horror,
Ratus
Secundum Sanctos Ritus
Periclitantes Rates
Ritè, poſſe reddere Ratas,
Et ſiſterè, inſtabilis Fortunæ, volubiles Rotas
Ne cadant homines, in eius laqueo Retis,
Poſtea coacti, rigentes comèdere Rutas
Aliò ſtatim vertit, inſanos illos Vortices
Qui vſque ad Montium Vertices
Eleuant tumentes aquas,
Illas reddendo ſic, omninò puras, & æquas;
Tali pacto, ad aras picto
Ne ſubmergatur Nauis, Nauiter Nauans
Succurrit tempeſtiuè
Miſeræ Tempeſtati,
Illius, cuius eſt Rates, preces efficiens Ratas,
Si ab ipſo, multum clarus
Nouus Clerus,
Cur non ipſe, & præclarus
Nauclerus!
Vetuſtas Naues, reddit Nouas,

Dirigit

Dirigit motus, tollit metus,
Tali tenore tenens
Contra Neptunum clauam
Contra Ventos clauem
Contra vndas, ſedens in puppi, clauum,
Quod in omni parte,
Ac ſi eſſent in Portu,
Etſi non vadant,
Dum vadunt, ſunt in vado.
Quoties ſuper flentia Vela
Deſcendit è cœlo, Velox!
Deſcendit ſine Velamine
Vt ſcribitur in Volumine:
A' liberatis, liberè
Cumque iubilo, & feſta
Viſus manifeſtè;
Ideò, ſub omni Climate
Volitans Fama Clàmitat;
CAIETANVS vinctos, tenet omnes Ventos;
CAIETANO mirè, òbedit iratum Mare.
Papæ: quid audio!
Illius certè vocem,
Qui ſemper vice vocis
Noto vtebatur nutu:
Non amplius mutit, quem CAIETANVS mutat:
Verba dat Muto
Et verba dulcia Miti,
Monſtra Inferni monſtrat
Et ſciens, Diabolum trucem

Per Sacroſanctam Crucem
Vincere, & Vincire
Eum demit, & domat,
Conſternat, & conſternit;
Hoc eſt dicere:
Pungit, & expungit;
Vt de illa Oppreſſa, enarratur expreſſè
Quæ ſemper in Templis ferè
Et aliquando in Foro
Omnibus ſextis ferijs
Agitabatur à Furijs:
Nam, eam exnentes, ab ea exeuntes,
Non clam
Sed clamore magno clamabant:
Effugimus eius effigiem
Quia, nullum nobis effugium
Vbi eius effigies:
Solum eius Nomen
Malum nobis omen;
Heu, heu
Habet ſuper nos, ſuper omnia Dæmonia
Omnia dominia.
Striges timent Strages
Dum iuxta fas, earum ſoluit faſcina.
Serpentem dirum cædit, Sanctę Crucis foſcina,
Extinguitur ab ipſo Peſtis
Cuius præcipuus Paſtus
Eſt Vir, eſtque Virago:
Mundat ipſe poſtea, omnem oſtij poſtem

Immanè,

Immanè, perunctam peſte.
TIBI, QVANTA VIS
O' CAIETANE, DVM VIS!
Moratus, & Miratus
Quidam Maritus
Quod ſua Marita
St inclinata ad alterum
Nempè Adulterum,
Dum illa in lecto iacet, ſe ſupra illam iacit.
Dico
Trux, vt Trax
Pugionem eruit, & in eam irruit
Voce minaci vociferando.
Quia Amore præditus, à te proditus!
Ah Mæcha, Mæcha
Sic ergo agis mecum!
Mecum, non Mæchum!
Nunquam Adulter; nec Adultus;
Tuus in me amor
Non erat amor, ſed venenatus humor!
Euhoc:
Tu non amans, ſed amens;
Sana & veſana
Tendiculas vbique tendis:
Virum ſuum non diligit, qui alium deligit;
Affirmare nequis, dum iniqua mæcharis
Tibi me eſſe carum.
O' Nuptias, potius ineptias!
O' fidem, infidam!

O' amores, amaros!
O' ineptam, Nuptam!
O' fædus, fædum!
Nimis durum, amare tam amarè.
Vbi tuus, depudorata pudor?
Caſtus, virtutum Cuſtos?
Tuus pudor, teterrimus pædor:
Non te pudebat, cum te oſtentabas pudicam!
Dum te pudicam iactabas
A' te, pudicitiam iactabas:
Tu fœmina leuis, quia nimis læuis;
Tuum ſentio putorem,
Signum, quod amiſiſti pudorem.
Erat tibi honoS, importabile onus!
Si piè onuſta, cur piè non honeſta?
Non fermè, ſed firmè affirmo
Quod nulla mulier, eſt alia melior
Quod omnis mulier, eſt alia mollior.
Nunc, nunc
Contra te, ò Mulier
Gladiolum iſtud molior;
Tu, In omni luxu, nimis laxa:
Cur nigram in vultu muſcam!
Cur inter capillos, muſcum!
Tu, nimis præcox, nimis procax
Tu, non lux, ſed luxus
Te, non lux vrit, ſed luxuries,
Tu, lepus, tu Lupa;
Vtinam lapis.

Lupa
Feciſti domum meam lupanar:
Tu Lupa
Nam tuum eſſe, ſunt eſcæ:
Lupam
Te, tuus indicat fictus Lepor:
Vtinam tibi pellis, vultuſque totus, pullus:
Tu vanitatis ſcena
Ob ſinum obſcænum:
Eheu: optimum omnes optant:
Nonne tu petulans
Dum pectus habes patulum!
Dum hominum pupillis
Nitidas oſtendis papillas!
Tuus color, totus calor:
Tuus vultus, exprimit quid vult:
Quo plus polita, plus polluta:
Tuum nefarium facinus
Monſtrat tua inhoneſta facies:
Vbi magna forma, caſtitas non firma.
Amplius non premo pollicem
Quia, te agnoſco Pellicem:
Mulier bella. triſte bellum.
Turpiter tu vixiſti, turpiter me vexaſti
Turpiter te, ſanguine tuo turpabo.
Coaxa: non Axis,
Atra te videbit Styx,
Colliget Strix,
Facta à te, mea domus Fornix

Nunc

Nunc erit tua domus, ſuccenſa Fornax.
Ah, Ah
Tu nimis leuis, quia te nimis lauas:
Tua Lex, omnis Lax:
Nequeo eſſe nequam:
Tibi collubia, non collubiæ;
Es Pellex,
Te de hoc Mundo expellam.
Procax
Effunde preces procis;
Si cantas, incantas
Sunt fibulæ, tuæ fabulæ!
Non audio vſum oris, infidæ Vxoris;
Quia ſcis nugari, etiam ſis negare:
Verba Meretricis, meræ tricæ
At, tuas extricabo tricas:
Siue hyems, ſiue æſtus, apparet tuus aſtus;
Quantum vis, iura
Iura, omnia per iura
Semper eris periura.
Nec quantum vna mica
Micas, ò Mæcha
Æs Meretrix?
Dabo quod meruiſti.
Tuus, non me mouet mæror,
Quid moror!
Iſta ſica iuſta
Sic, ſic, ſic
Volo, te modo ſecare:

Poſtea

Poſtea ſiccare:
Tandem, detractis ſocculis
Sutam in firmo ſacculo
Deiciam in mari Siculo.
Scito: tecum ero Scytha.
Non, non
Non ſum natus cum Indis
Indè, non te proiciam in Vndis;
Pulchro debetur ſepulchrum:
Nam qui dicit ſe pulchrum
Dicit Sepulchrum.
Sile, ò ſine ſalè.
Quia tu, tam auſa
Tu, tu, es tuæ mortis cauſa:
Teipſam infeciſti, teipſam interfeciſti.
Miſella
Ob timorem incuſſum
Clamat, ſed incaſſum:
Nam Vir, plenus Viro
Ferè, vt Fera ferox
Regit, & dirigit
Ferrum: vt feriat:
Nec commouet illum fletus
Nec gemebundus flatus:
Ideſt, à lachrymarum fluctu, non poteſt flecti.
A' pectore, iram non pellit
Illà pulchritudo quæ pallet;
Quæ nihil pollet:
Oſtendens Vxor metum

Non reddit illum mitem:
Loquitur illa ex corde
Sed, ad Excordem,
Non impetrabis miraculum, quia tu es Miracula,
Videns tandem illum, durum, & dirum
Et quod tota afflicta, nihil eum flectit,
Dicto, Quid es?
Æs?
CAIETANVM orat, ſimulque adorat
CAIETANVM vocat, inuocat, aduocat
O' CAIETANE Diue
O' Sancte, ò felix
O' auricome, ò radians, ò cæligena
O' immortalis, ò æuiterne
O' mirabilis, ò mirande, ò admirabilis
Miſeram me mira
Et ſubleua, ſine mora
Si me, non vis, nunc mori:
Veni. & ſubueni:
Curre, & ſuccurre:
Adiuuando iuua, iuandoque adiuua:
Me audi, me axaudi.
Adeſto, ò in amoris igne, terque, quaterque Aduſte.
Quia obtinere puto
Ideò miracula peto:
Sciens etenim ſcio
Quod, quidquid à Deo petis
Tu impetrare potes.
Eſt patens, quod es potens

Tu De-

Tu Deum, adeò conſtitutus à Deo
Quod, vt currunt voces
Geris Omnipotentiæ vices:
Hocque, vt paſſim
Eos auxiliare poſſis
Qui eunt peſſum,
Vt ire ego, modo modo poſſum.
Dum CAIETANVM vocat
Miſellæ, CAIETANVS vacat;
Nam ſtatim, illi aſtat
Et Furibundo obſtat;
Pugnantem tenet, Repugnantem retinet;
Tandem
Ne èadm dicta Tundam,
Irato, viſibilis apparet
Thienæus, totus Cyaneus
Inperans illi; illeque ſtatim paret:
Paruit, vt apparuit;
(Sileo, etſi Leo)
Etenim factus mutus
Humilis, & mitis
Et ab actu, & abſtinet ſe ab ictu;
Ferrum in terra iacit
Et ipſe Sancti, ad ſacros pedes iacet,
Dicens, vt decens
Te vereor, Te reuereor.
En
Deſtructum væ, occulta vi.
En

Durus, factus mollior
En
Dirus, factus melior
En
Liberata Mulier
Et à nexu, & à noxa
Et à Marte, & à Morte:
Tota ſolata, iam tota deſolata
Tota ſolata, quia tota ſoluta;
Non ignauè, tibi ignoui
Amans ignoſco, amans igneſco;
Marito poſtea curæ
Marito poſtea cara:
Caſtitatem ſuiuens, quotidiè vouens;
Quodnam maius accidens
Vidit Occidens!
Mala CAIETANVS vetat!
Si æger, ſe illi votat.
Illum CAIETANVS ſaluat, qui vota illi ſoluit,
Vbi inuocatur, ibi
Accurit, ſuccurrit, occurrit.
Hinc, Hunc
Tunc, & nunc
Omnes ſupplicatur per Villas
Omnes per Valles
Per omnes Rupes, per omnes Ripas
Omnes per Amnes
Per omnes calles, per omnes Colles
Per omnem Vrbem, per totum Orbem.

Regiè
Per omnes Regiones, implorant eum Reges.
Ex morbo euadit, qui ad CAIETANVM vadit
Maſculi, ſanat cicatricem in muſculo.
Integer Populus, ab eo ſanatus
Sanatus Senatus:
Eccè, omnibus in ſignis
Quam CAIETANVS inſignis:
Hoc, inter eius prodigia
Quod Prodigiorum prodigus:
Vndè, eſt miraculum, ſi non facit miracula.
Mirabilem illum Nobilis
Encomio, ſine nebulis,
Mirabilem illum Vulgus
At, non vulgariter vulgat:
Ita
(Ne, vnum prætercam iota)
Fatur
In illa ITALIA
De qua dicuntur talia
Quod omni ſub ora, ab omni culto ore
Aſſenſu communi, aſſeritur,
ITA, ALIAM
Non dari in Mundo ITALIAM,
Ideò, Adeò
Per mille Præcones
Fama non precaria
Facit præconia magna
Quod rumoribus hiſce

Maiora nequeunt eſſe.
Vnde per omnes Vndas,
Indè, ad omnes Indos
Pium peruènit Nomen,
Et feliciſſimum Omen;
Quaſi de nouo Numine,
Quod legitur, de Némine.
Indè
Hoc tibi nomen indo
Ab ipſis habitum Indis
Tu
PERBEATVS, PERSANCTVS.
Aſt, Eſt
Quod eum omnes colunt
Qui curuum Orbem incolunt
Non vt Hominem terreum
(Sed Æthereum:)
Perbenè, vt Sanctum,
Vt Sanctiſſimum, vt ſanctitudinem
Vt Sanctuarium.
Mi Lector, verba ſequentia lectita;
Si tibi Fatum
Maligno fœtû
Fatalia offert ſatim;
Si duram minatur luctam;
Immò, ſi factus tibi Lictor,
Quid ergo?
Mærores tuos, poſt terga
Abijce,

Illique debilitatem obijce;
Et ſtatim ſine luctu
Te ad CAIETANVM duc
Tuaſque inopias dic,
Et optimè, tibi dabitur optio.
Accede
Nec, niſi compos voti, Recede;
Si firmè enim rogabis, largè erogabit:
Nam
Si tu Clamans, ipſe Clemens
Si tu Volens, ipſe, Volens, & Valens
Patens ſemper, & Potens
Ideſt, ADEST:
Orator adeſt, & Exorator:
Hocque an ſit Verum
Conſule omnem Virum:
Siue, extemplo
Vota in Templo
De pacto depicta
Attentè vide, & feliciter vade:
Iam tuæ res in Vado.
Bonum do tibi OMEN
Ad Agni nuptias, canam tibi Hymen
Ideò, dico AMEN
Sic finit meum FAMEN.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LAVS DEO.

# Quædam dictiones obſcuræ

## QVÆ SPARSIM IN HOC LEGVNTVR VOLVMINE

## *HIC DILVCIDANTVR CONGESTAE.*

### A

ADor: frumenti genus,
Adorea: laus bellica.
Aduerſitor: ſeruus qui obuiam it Domino,
Ama, æ: falx.
Angelus: qui extrinſeca nunciat.
Apòria; paupertas.
Aromatites: gemma, myrrhę coloris, & odoris.
Autangelus: qui ex ſe nunciat, non ab alio miſſus.

### B

BArdus: ſtultus; vel tardi ingenij.
Blax: mollis; laſciuus; qui res diſcernere nequit.
Burdo: qui ex Equo, & Aſina natus.

### C

COlaſterium; locus, vbi puniuntur Sontes.
Collubiæ, arum: bellaria.
Collubium, ij: confuſio.
Cruſtulum: dulciarij genus.
Cruſtum: fuſtum eorum quæ comeduntur.

Daniſta:

D

DAniſta: fœnerator.
Diàbole: figura eſt, denuncians futura.
Diacacàmeron: medicamentum, ducens de morte ad vitam.
Diangelus: qui foris nunciat, quæ intus fiunt.
Dictya: retia; in dictys, dicendum in dictybus,
Dierectus: ad malum diem erectus.
Dieticus: de die in diem viuens.
Dinaſtes: qui plurimum in Ciuitate pollet.
Dipſas: ſerpens, ſic vocatus.

E

ETherodæmon: Dei inimicus.
Euàngelus: qui intus nunciat extrinſeca.

G

GAlleſco, is: ſuperbio; tumeo.
Gallo, as: baccor; inſanio.
Graphis: delineatio.
Griphus: enigma.

H

HAra: porcorum ſtabulum.
Hoſtio, is: æquam compenſationem retribuo.

I

IBis: auis, quæ ſerpentibus veſcitur.
Indigetes: Dij ex hominibus facti.
Indigito, as: voco; nomino.

L

LÆna: veſtis ſacerdotalis Flaminum.
Lexis: dictum.

Lax:

Lax: fraus.
Lix: cinis.
Logos: verbum futile.

M

MAnia; larua.
Miracula, læ: meretrix viliſſima.

P

PAnchreſtum; medicamentum, morbis omnibus conducibile.
Præs: ſponſor in cauſa ciuili.

S

SAgum: veſtis non diſſimilis cilicio.
Secula, læ: falx.

V

VArus: qui habet ſuras introrſum extortas.
Vas: ſponſor in cauſa criminali.
Veles, litis: miles leuis armaturæ.
Viriatus: magnarum virium homo.

FINIS.

Digitized by Google